



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.




89 A. 2. 9. 105

*Mus. Bibl.*

II.

98.





CHRONICI  
SIVE  
ANNALIUM  
PRIORATUS DE  
DUNSTAPLE  
TOMUS SECUNDUS.



Ggg

MCC.

MCCLXXIII.

**A**NNO Gratiae 1273, Concessa est à Clero Domino *Edwardo* Regi, Decima de Ecclesiasticis Proventibus per Tres Annos, secundum Taxationem <sup>ensis?</sup> *Northwic* Tunc solvimus de uno Termino pro Quatuor Ecclesiis Nostris in Decanatu de *Dunstaple* viginti-fex Solidos; et pro Quatuor Ecclesiis in Decanatu de *Flitta* quatuordecim Solidos, octo Denarios. Item, pro Ecclesiis Nostris in Archidiaconatu *Northamton*e Sedecim Solidos, tres Denarios. Item, pro Secundo Termino pro dictis Ecclesiis, solvimus tantundem.

Eodem anno, cepimus ad Firmam Ecclesiam de *Lithlington*e ad Terminum Quinque Annorum; videlicet, singulis Annis pro Octodecim Marcis. Et præterea, dedimus Procuratoribus suis Quinque Marcas ad Palefridos.

Eodem anno, in *Pascali* tempore, *o Johannes de Bothleforde*, filius *Jordani*. Iste confirmavit

---

<sup>1</sup> Recte, ut videtur, coniecit *Wanleius*, modo *Northwicensem* pro *Northwicensis* reponas. Et tamen infra (sub an. 1281.) pro *Northwicensem* (quo modo in textu legitur) *Northwicensis* reponend. esse censet *Wanleius*. quod quidem ferri potest, si episcopi (ut sub a. 1283 plane legitur) subaudiatur. Verum, ut dixi, *Northwicensem* ipse malim. Tu ad libitum legas. Nam in autographo *Northwic* per compendium. ut & infra sub anno 1290. *Northwic*, etsi ibi *Northwicensem* plene scripserit *Wanleius*.

MCCLXXIII.

Nobis ante mortem suam quicquid habuimus de Feudo suo, et omnia <sup>1</sup> puravit adhuc in bona Prosperitate Constitutus; scilicet in *Natali Domini* præcedenti.

Anno Regni Regis *Edwardi* Primo, à <sup>2</sup> Die in quindecim Dies, Prior de *Dunstaple* Summonitus fuit ad Recogn <sup>itionem?</sup> *Rad* <sup>ulsi?</sup> *Pyroth* de Placito *Quare Impedit* Ipsum præsentare idoneam Personam ad Ecclesiam de *Herlingdone*, quæ vacat, et ad, etc. † Et Prior venit, et Concordati sunt per Licentiam. Et Prior dat Unam <sup>† D. fol. 53.</sup> Marcam pro Licentia Concordandi. Et est Concordia talis, Quod prædictus *Radulfus* recognovit, Advocationem dictæ Ecclesiæ esse Jus Ipsius Prioris et Ecclesiæ suæ Sancti *Petri de Dunstaple*, et illam remisit et quietam-clamavit de Se et Heredibus suis, prædictis Priori et Successoribus suis, et Ecclesiæ suæ prædictæ in perpetuum: et ideo Consideratum est, quod prædictus Prior recuperet Seyfinam suam ad prædictam Ecclesiam; et habeat Breve ad *Wintolnensem* Episcopum, quod, non obstante Reclamatione prædicti *Radulfi*, ad prædictam Ecclesiam Personam idoneam admittat. Et præterea, habet Cyrographum. Et sic Magister *W. de la*

---

<sup>1</sup> *Idem, ut opinor, quod puritavit (hoc est, emundavit) in quibusd. vetustatis monumentis. Sed vide paullo inferius.* <sup>2</sup> *Sic.*



MCCLXXIII.

*Mare* ad nostram Præsentationem ad dictam Ecclesiam admiffus. Et quia dictus *Radulfus Pyroth* noluit profequi ad levandum Cyrographum; Gratia, quam uni ex suis promissimus, expiravit.

Eodem anno, Die *Sancti Georgii*, *Georgius de Cantilupe*, tunc plenæ ætatis, seysitus est de *Cy-tone*, *Houctone*, et aliis Terris suis. Iste *Georgius* in Festo *Nativitatis Beatæ Mariæ* Confirmavit et Satisfavit, et Puravit Nobis Ingressum, quem habuimus in Terris *Johannis de Eltlestone* in *Toterho*, quæ fuerunt de Feudo suo, pro Viginti Marcis. Iste *Georgius*, circa Festum *Omnium Sanctorum* proximo sequens, Obiit. Et una Medietas Terrarum suarum descendit ad *Eudonem La Suche*, qui primam Sororem ejus habuit in Uxorem; altera Medietas descendit ad . . . Sororem ejusdem *Georgii*, quam *Henricus de Hastings*, tunc Mortuus, habuit in Uxorem.

Eodem anno, Solvimus *Londoniæ* ad <sup>2</sup> Scaccarium Domini Regis, Quatuor Marcas de Fine, quem fecimus pro Vicesima Domino *Edwardo* concessa: et habuimus inde Talliam, quam portantes ad Majus Scaccarium, recepimus Literam de Quietancia ad Vice-comitem per Viridem Ceram.

---

<sup>1</sup> F. Ratificavit, et Paravit. *Sed vide paullo superius, ubi puritavit, tanquam lectionem variantem, commemoramus.* <sup>2</sup> Sic.

MCCLXXIII.

Eodem anno, Concessimus *Bartholomæo Juveni* et *Ricardo* filio suo, quod habeant suo perpetuo Cantariam in Capella, quam Idem *Bartholomæus* Primo erexerat apud *Humbriſteho*, salva indemnitare Matricis Ecclesiæ de *Stadhant*; post quorum Recessum, Cantaria mox cessabit.

Eodem anno, Concessimus eandem Gratiam Celebrandi Domino *Petro Le Loring* apud *Chalgrave*, et *Petro* filio suo.

Eodem anno, sumptibus Parochianorum renovatus fuit <sup>1</sup> Cumulus Ecclesiæ Nostræ de *Dunstaple*; scilicet ab Altari ad Crucem, usque ad Ostium Occidentale versus *le North*. *Henricus Chadde* majores Expensas apposuit circa illud.

Eodem anno, <sup>2</sup> *Henricus de Sandwiz*, Episcopus *Londoniensis*, et successit Ei Magister *Johannes de Chesulle*, tunc Decanus *Santi-Pauli*.

Eodem anno, fecimus Columbarium Magnum juxta <sup>3</sup> *fatrinum*.

Eodem anno, fecimus Molendinum ad Ventum super *Schykes-acher*.

---

<sup>1</sup> *The Body*. <sup>2</sup> *Vel Sandwich*. <sup>3</sup> *Sive Chishull*. <sup>4</sup> *Sic Apogr. W. Forte, latrinam. Quod si fatrinum retineas, idem (latrinam scilicet sive foricam) signabit, ita tamen ut à faturando (perinde ac si faturinum dicas) vocis origo deducatur.*

MCCLXXIII.

Eodem anno, *Thomas de Ethone* factus est Vicarius de **Segenbo**.

Eodem anno, *Willelmus de Ely* factus est Vicarius de **Hulleburne**.

Eodem anno, fuit in partibus Nostris Mors magna hominum, et præcipue Personarum, Vicariorum, & Clericorum.

Rex *Edwardus* rediens de *Terra Sancta*, à Rege *Franciæ*, Consobrino suo, honorifice est susceptus. Et restituit Ei Rex *Franciæ* plures Terras, ad Ipsum pertinentes. Inde Rex *Edwardus Wasconiam* est profectus; et fecit duram vindictam de hiis, qui conspiraverant contra Eum. *Glastonum de Byerne*, proditorem principalem, cepit vivum; qui postea latenter evasit; postea fecit Pacem.

Eodem anno, in *Decembri*, primo diximus in *Conventu Maria plena Gratiæ, Mater Misericordiæ; Tu Nos in ab Hoste protege; In hora Mortis suscipe*.

Eodem anno, Frater <sup>2</sup> *Josep, Hospitalarius Jerusalem*, factus est <sup>3</sup> *Thesaurarius Domini Regis in Anglia Capitalis*. Hujus Consilio, ut dicitur, primò data est Regi de quolibet Sacco La-

---

1 *F. delend.* 2 *Joseph. de Chancy vel Chauncy. Vide Dugdalii Chron. Ser. p.24. & Lelandi Coll. Vol. VI. p.250.* 3 *L. Thesaurarius.*

MCCLXXIII.

næ transfretando, <sup>1</sup> dimidiam Marcam, sed quidam *Poncius de Ponto* Mercator auctor fuit.

Eodem anno, Dominus Rex restituit *Alienora*, Comitissæ *Leicesteriæ*, Terras suas in *Anglia*, quæ Ei nomine Dotis competebant, ratione *Willelmi Mariscalli*, primi Mariti sui. Ista *Alienora*, <sup>2</sup> post Occisionem *Simonis de Monte-forti* secundi Viri sui, in Castrum de *Doffra* se tenebat. Postmodum Castrum reddidit Regi; et in partibus *Franciæ* morabatur; et cum Ea, Filia sua *Alienora* moram traxit.

*Simon de Monte-forti* Junior, et *Ricardus* Frater <sup>Suus?</sup> . . . . ab *Anglia* <sup>3</sup> evaserant, et ad Matrem suam veniebant, et in illis partibus obierunt. *Gwido*, eorum Frater, evasit à Castro de *Doffra*; et à *Karolo*, Rege *Siciliæ*, honorifice est susceptus. Iste *Gwydo* propter Vassalagium suum, procurante Rege *Karolo*, Filiam & Heredem Comitis *De la Bere* duxit in Uxorem, et Magnus effectus est in partibus illis; sed propter Occisionem *Henrici* Nepotis sui, Filii Regis *Alamanniæ*, quem apud *Witerbiam* occidit in Ecclesia, multum humiliatus est. *Americus de Monte-forti* cum *Alienoram*, <sup>4</sup> Sororam suam, duceret ad nubendum *Leulino*, Principi *Walliæ*, cum Ea

<sup>1</sup> L. dimidia Marca. <sup>2</sup> L. post. <sup>3</sup> F. evaserunt. <sup>4</sup> Sic Apogr. W. Lege, Sororem.

captus est in Mari. Et post longam Incarcerationem, à Rege & à Clero deliberatus est per Domnum *Martinum* Papam Quartum. Et dicta *Alienora* Mater, uno anno habuit Terras suas et obiit.

Eodem anno, *Eudo la Suche* cum *Milesenta* Uxore sua seyfitus est de *Houctone* et *Eytone*, et aliis Terris, quas habere debuit ratione *Georgii de Cantilupe* defuncti. Iste favorabilis in principio Nobis fuit; postea male se habuit, ut Infra.

Eodem anno, in *Octobri* Finem fecimus cum <sup>† D. fol. 53.</sup> Magistro *Reymundo* † pro Temporalibus Nostri per Loca, de duobus annis; et solvimus Viginti Marcas. Et tunc fuit Summa Bonorum Nostrorum per Annum, Centum Libræ, Septem Libræ, secundum Taxationem Magistri *Constantini*, et *G. de Tantone*.

Eodem anno, solvimus Quadraginta Solidos Procuratoribus, qui pro Ordine *Sancti Augustini* adierunt Concilium apud *Lugdunum*.

Eodem anno, dedimus Vicariam de *Chalgrave*, *Waltero de Radenhore*; et *Galfridus Le Lorenge* Eam recusavit.

Eodem anno, dedimus Vicariam de *Stodham* *Thomæ de Rothelande*; qui parvo tempore tenuit Eam. Et dedimus Eam *Willelmo de Stoktone* Seni Capellano.

MCCLXXIII.

Eodem anno, Solvimus Quinque Libras Quindecim Solidos, pro Decima Secundi Anni.

Eodem anno, et tempore, factus est apparatus Magnus contra Adventum Domini *Edvardi* Regis, qui non venit, per *Glastonio de Byerne*<sup>me?</sup> præpeditus.

Eodem anno, et tempore, *Radulfus Pyroth* Inprisonatus est *Londoniæ*; eo quod Mercator quidam Appellasset Eum.

Eodem anno, Mense *Martio*, fortissimum Gelu fuit; et duravit diu.

MCCLXXIV.

Anno Gratiae 1274. in *Pascali* Tempore, *Simon de Pateshulle*, et *Johannes* Filius ejus fecit *Simoni*, tunc Priori, Homagium pro Terra de *Grimescothe*; et invadiavit Ei Relevium, scilicet Quadraginta sex Solidos, sex Denarios.

Eodem anno, Uxor *Benedicti Juvenis* sponte præcipitavit se in Puteo, et Obiit. Et quia nolimus eam admittere ad sepulturam, *Hospitalarii* Nos inplacitaverunt. Composuimus cum Eis, quia timuimus eorum Privilegia.

Eodem anno, in Festo *Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ*, sub *Gregorio* Papa X, Concilium Generale Celebratum est <sup>1</sup> *Lugdunum Gallie*. In

---

<sup>1</sup> Sic, pro Lugduni, nisi malis, apud Lugdunum.

MCCLXXIV.

eodem Concilio, concessa est Clero Decima Sex Annorum in Subsidium *Terræ Sanctæ*; scilicet, de omnibus Proventibus indistincte. In eodem Concilio fuit Ordo *Fratrum de Sacco* reprobatus; ita quod ex tunc neminem admitterent ad suam Professionem. Plures etiam alii Ordines, qui de Novo pullulaverant, et Possessiones non habebant, simili modo sunt prohibiti; unde multi ex eisdem <sup>1</sup> alias Religiones convolarunt. Ordo *Fratrum Sancti Augustini*, et Ordo *Fratrum de Carmelo*, propter sui Antiquitatem, à Concilio sunt accepti.

Eodem anno, *Nicholaus de Aldehuri*, qui de Ordine *Fratrum Prædicatorum* ad Nos venerat, et Con-Canonicus Noster erat per Novem Annos; ad eundem Ordinem est reversus.

Eodem anno, *Thomas Inge*, Ballivus *Eudonis la Suche*, in Visu-Franci-plegii sui apud *Houctone* inprisonavit *Johannem de la Chuke*, Hominem Nostrum: quia in Ipso Visu per <sup>2</sup> Decenas illius Curie de Latrocinio fuerat Indictatus. Postea, quia idem *Johannes* Noster Homo fuit, dictus Ballivus ad Nostram Prifonam liberavit. Et prædictus *Eudo* die Nono Junii apud *Chaldecothe* <sup>3</sup> innotam Gentem misit cum Vi et Armis; et fracta ibidem Prifona Nostrâ, dictum *Johannem* inde abstulit, et posuit in suam Prifonam;

---

1 F. ad alias. 2 Vel Decennas. 3 Sic.

nam;

## MCCLXXIV.

nam; dicens, quod Franci-plegium vel Emen-  
das ibidem non permetteret Nos habere. Item,  
prædicto Visu-Franci-plegii fuit à Rusticis præ-  
sentatum, quod Prior fecerat in Campis de  
**Houctone** super Dominum, quasdam Purpræ-  
sturas in Locis, ubi eorum Dominica simul Ja-  
ceant: propter quod, prædictus Dominus di-  
strinxit prædictum Priorem ita rigide & tam du-  
re, quod Viginti-quatuor Equi Mortui sunt Prio-  
ri. Et præterea, Terra Prioris in **Houctone** in-  
cultata jacuit Ipso Anno; unde Prior deteriora-  
tus fuit ad Viginti Libras et ampliùs. Item,  
prædictus *Eudo* prostravit Patibula dicti Prioris  
apud <sup>1</sup> **Edessuthe**, quæ à Fundatione Villæ de  
**Dunstaple** ad ipsam Libertatem pertinebant, si-  
ne omni Impedimento. Item, prædictus *Eudo*  
prostravit Boscum suum proprium juxta **Horte-**  
**grave**; et solum inclusit una <sup>2</sup> **Haycia**, ubi Prior  
et omnes Prædecessores communabant. Item,  
dictus *Eudo* distrinxit dictum Priorem pro an-  
nuo Reditu Viginti-quinque Solidorum; quem  
Reditum dixit sibi pertinere, & deberi ex Assi-  
gnatione Heredis Magistri *Simonis Bobelin* pro  
Terris in **Houctone**. Frater *Simon* tunc Prior pro  
Tribus primis Articulis inplacitavit dictum *Eu-*  
*donem* et Uxorem ejus *Milesentam* per Breve de  
*Transgressione* coram Rege.

---

<sup>1</sup> Sic. **Hedge.**



## MCCLXXIV.

Eodem anno, à die *Sancti Michaëlis in tres Septimanas*, *Eudo La Suche* & *Milesenta* Uxor sua summoniti sunt coram Rege, ad Respondendum Fratri *Simoni*, Priori *Dunstapliæ*, Quare Prisionam Ejus ad *Chaldetothe* noctanter fregerunt, et *Johannem de la Cake*, ibidem inprisonatum, cum Vi et Armis inde abduxerunt contra Pacem? Item, ad respondendum dicto Priori super damnis & gravaminibus, quæ Ei fecerant per duram Imparcationem Averiorum suorum, ratione dictarum Purpræsturarum. Item, ad respondendum Eidem super prostratione Furcarum de ' *Edesuthe*. Et à die *Sancti Michaëlis in Tres Septimanas* coram Rege *Londoniis*, dictus Prior *Simon* essoniatus est de Morte; et inde dictus *Eudo*, & *Milesenta* Uxor sua inde sine Die.

Postea, inter Fratrem *Willelmum* (proximum Priorem post dictum *Simonem*) et Dominum *Eudonem* & *Milesentam* sic Convenit: Dictus *Eudo* restituit dicto *Willelmo* Priori dicta Patibula sine lite. Demandam etiam suam ad Viginti-quinque Solidatos de annuo Reditu similiter perdonavit; quia bene constabit ei, quod Prior habuit inde quietantiam sufficientem. Et dictus Prior dedit dicto *Eudoni* unum Palefridum pre-

MCCLXXIV.

tii Quatuor Marcarum. Super Prifona vero & Regalitate Prioris in **Houttone**, Contentio perduravit; eo quod diceret *Eudo*, Regale non posse dividi †. Et Prior ad hoc Respondit, quod † D. fol. 54. Regale non est divisum, quamvis per diversos Ministros compleatur. Super *Disseyfina* Communæ apud **Sortegrabe** portavit *Willelmus* Prior Breve de *Disseyfina* super prædictos *Eudonem* & *Milesentam*. Super Visu-Franci-plegii et Amerciamentis Panis & Cervisiæ de Hominibus suis in **Houttone**, habuit aliud Breve contra eosdem.

alio atramento.  
(De hoc infra folio proximo, in Itinere Rogeri  
.....  
de Seytone.)  
.....

Eodem anno, Concessimus Magistro *Johanni de Radenhore* duas Marcas de Camera, donec esset ei per Nos in Beneficio Ecclesiastico provisum.

In Festo *Pentecostes* defecit Brasium Nostrum; et bibimus Quinque Dolia <sup>1</sup> Vino; & \* multum <sup>\* v. Consue- sud. West- mter. Bib. Cotton.</sup> profuit Nobis.

Eodem anno, in Festo *Santæ Margarethæ*, Mariscalli Domini Regis invenerunt defectum in omnibus Buffellis totius Villatæ; et recepimus Novum Standardum. Villata dedit Quatuor

## MCCLXXIV.

Marcas pro Defectibus ; et Ballivus Prioris quietavit eorum Hospicium.

Concessimus per Cartam de Capitulo *Wyviano de Chetendone*, quod suo Nomine in perpetuum admittemus unum Canonicum successive ; et dedit Nobis Sexaginta Marcas.

Die Sanctorum <sup>1</sup> *Simplic* et *Beatricis*, *Galfridus de Merstone* suscepit Habitum Nostrum.

Eodem die, Dimisimus *Martino Pecham* fructus Ecclesiæ de *Lithlindone* de illo Anno, pro Viginti Marcis ; et cum sepositi essent in Gran-  
gia Fructus illi per quendam *Johannem*

et suos vastati sunt & distracti ; ita quod dictus *Martinus* nihil inde habuit.

Eodem anno, Dominica infra *Assumptionem*, *Edvardus* Rex et *Alienora* Uxor <sup>2</sup> apud *Westminsterium* Coronas <sup>3</sup> Rengni susceperunt, per Manus *Roberti Cantuariensis* Archiepiscopi. *Walterus Eboracensis* interfuit, sed non apposuit Manum.

Eisdem anno et tempore, dedimus Vicariam de *Pullokeshulle* *Reginaldo* Capellano.

Dominus Rex mutavit fere omnes Vice-comites *Angliæ*, et misit Inquisitores ubique ad Inquirendum, qualiter Vice-comites et alii Ballivi

---

<sup>1</sup> Julii 29. <sup>2</sup> Subintellige, sua. <sup>3</sup> Sic.

MCCLXXIV.

se habuissent; sed nullum commodum inde venit.

Eodem anno, decimo Kalendas *Novembris*, Obiit *Simon*, Prior Noster Sextus; et fuit Prior Undecim annis et Novem Mensibus; et tunc fuit Domus onerata ære Alieno ad Summam

Eodem anno, In *Crastino Sanctorum Simonis & Jude*, obtenta à Rege Licentia Eligendi, Frater *Willelmus le Brothan*, tunc Sup-Prior Noster, per viam Scrutini in Priorem est Electus; Die *Sancti Leonardi* ab Episcopo *Lincolniense* apud *Parcum de Stowe* est Confirmatus; et Die *Sancti Martini* apud *Northampton*, à Rege est admissus; et Die *Sanctæ Katerinæ* Installatus.

Tempore Vacacionis, *Johannes de Londone*, Eschaetor Regis Citra *Trentam*, habuit Custodiam Domus Nostræ et Locorum. Dedimus Ei Quinque Marcas pro Palefrido; et nihilominus cepit de Nobis ad Opus Domini Regis Viginti Marcas. Omnes <sup>1</sup> *Aspletæ* Curiarum & aliorum Exituum Nobis remanserunt; et Regi inde nihil. Archidiaconus petiit Palefridum pro Installatione, sed non habuit. *Ricardus Inge* Clericus habuit Gratiam Domini Clericis debitam, ratione Novæ Creationis. Præsentavimus dictum *Ri-*

---

<sup>1</sup> *Vel*, Expleta. Proventus signat. *Espletæ leguleiis.*

*cardum* ad Ecclesiam *Sancti-Petri Bedefordie* tunc Vacantem; et *Quieti* fuimus à *Gratia* supradicta.

Eodem anno, *Eudo la Suche* erexit *Patibula* subtus *Þudele*, quod eatenus non fiebat.

Eodem anno, contra Mortem *Simonis* Prioris, Mortui sunt omnes *Equi* de *Stabulo* suo; et invenerunt Nos mala circumquaque.

Eodem anno, recognovimus coram Decano *Lincolniense*, Nos Teneri Magistro *Johanni de Houctone* in *Viginti* Marcis, pro *Blado*, *Averiis*, et aliis; quæ ab Ipso vivo, et postea à suis *Executoribus* mutuavimus. Et solvimus dictas *Viginti* Marcas Decano et *Capitulo Lincolniensi*, juxta *Legatum* dicti Magistri *Johannis*.

Eodem anno, in *Crastino Purificationis*, Magister *Ricardus*, *Canonicus Lincolniæ*, *Nomine Domini* Episcopi apud Nos exercuit *Officium Visitationis*; et reliquit suas *Correctiones* in *Scriptis*.

Eodem anno, in *Medio Quadragesimæ*, incepimus solvere *Decimam*, in *Concilio Lugdunensi* concessam, solummodo de *Ecclesiasticis Proventibus*. Et solvimus *Priori* de *Caudewelle* *Quadragesima* *Solidos* pro *Octo* <sup>1</sup> *Solidis* in *Archidiaconatu Bedefordie*.

---

<sup>1</sup> Sic. quod noto, ne quis, Solidatis reponendum esse, suspicetur.

MCCLXXIV.

Eodem anno, Mariscalli Regis invenerunt quasdam Mensuras in **Dunstaple** non Legales: et Villata fecit Finem.

Eodem anno, *θ* *Beatrix*, Soror Domini Regis *Angliæ*, Comitissa *Britanniæ*; & sepulta est apud **Badingges**. Item, eodem fere tempore, *θ* *Margaretha*, Regina *Scotiæ*, quæ fuerat Soror Regis *Angliæ* et dictæ *Beatricis*. *Alienora* Comitissa *Leycestriæ* *θ* in *Francia*: et Manerium de **Luthone** devenit ad Heredes Mariscalli. Manerium de **Luthone** in Sex partes est divisum.

Et dimidium?

i?

. . . Hundredum de **flitta** descendit ad *Willelmum de Moun*.

MCCLXXV.

Anno *Gratiæ* 1275, post *Pascha*, statim Dominus Rex tenuit Parleamentum **Londoniis**; ubi condidit Leges Bonas, præcipue contra *Judeos*. Ne, scilicet, haberent Feudum, vel aliquod Liberum Tenementum.

Eodem anno, *Henricus*, quondam *Judeus* Conversus, habuit Literam Papalem, quod provide-remus Sibi et Familiæ suæ in \*Necessariis. Offi-<sup>• sc. Corro-</sup>cialis **Lincolniensis** fecit dicto *Henrico* alibi<sup>dium.</sup> Provisionem.

† Eodem anno, Vendidimus Lanam Nostram<sup>† D. fol. 54,</sup> de **Becco**, præ Manibus, ad **Quinquennium**; sci-<sup>b.</sup>  
Vol. II. I i li

MCCLXXV.

licet Saccum pro Novem Marcis. Recepimus in  
 Ora <sup>1</sup> Arris Triginta Marcas. Hinc solvimus Viginti  
 Marcas Capitulo *Lincolniensi* pro Magistro  
*Johanne*; unde supra: et unam Marcam de  
 Poena.

Eodem anno, Mense *Junio*, Quatuor Milites  
 de Comitatu deliberaverunt Gaolam Nostram  
 per Breve Domini Regis. Et suspensi sunt quin-  
 que Latrones; Sextus devenit probator, et per  
 ejus Indictionem suspensi sunt circiter Tredecim  
 Socii ejus.

Eodem anno, infra *Quindenam Sancti Johannis*,  
 solvimus *Bartholomæo Marcer* pro *Leth-  
 lington* tredecim Marcas, triginti-duos De-  
 narios. Et allocavit Nobis pro Decima duorum  
 Annorum Viginti-quatuor Solidos; et pro Re-  
 paratione Domorum, *Quadraginta* Solidos: et  
 sic totum quievit.

Eodem anno & Mense, solvimus pro Decima  
 de anno præcedenti, Septem Libras, Tres Soli-  
 dos, Novem Denarios, Priori de *Bello-Loco*.

Eodem anno Imprisonavimus in Gaola No-  
 stra *Ricardum de Fraxino* pro Suspicionem Homici-  
 dii facti Extra: Appellator ejus in Carcerem  
 est retrusus. Iste *Ricardus* per Juratam de *Dun-  
 staple* est deliberatus, & recuperavit Catalla  
 sua.

MCCLXXV.

Eodem anno, infra *Octabas Nativitatis Beatæ Mariæ*, factus est Terræmotus generalis per *Angliam*; sed parvo tempore duravit.

Eadem æstate, expendimus in Blado empto, Centum Marcas.

*Ricardus de Strathford* Canonicus obiit Hora *Magnæ Missæ*; et statim sepultus est propter *Idropisim*.

Eodem anno, In Parleamento *Londoniæ* prohibitum est per Regem, ne *Judæi* ulterius dent *Cristianis* pecuniam ad *Usuram*. In ipso Parleamento concessa est Domino Regi *Quinta-decima Temporalium* à Clero et à Populo.

*Leulinus*, Princeps *Walliæ*, *Alienoram* duxit in Uxorem per Nuntios. Quæ, cum transfretaret versus *Walliam*, Capta est in Mari: *Amaricus* Frater ejus Captus est cum Ea; unde supra.

Eodem anno, in *Craftino Animarum Ricardus de Grenebure* factus est Canonicus.

Die *Sancti Andree* Rex & Regina hospitati sunt in Domo Nostra; & Rex obtulit unum *Baudekyne* pretiosum.

Eodem anno, Die qua Cantatur *O Sapientia*, *Visitationis* Officium exercuit personaliter in Domo Nostra Domnus *Ricardus, Lincolnensis* Episcopus.

Eodem anno, in *Craftino Epiphaniæ*, Magister *Reymundus* et Frater *Johannes*, Principales Col-



MCCLXXV.

lectores Decimæ *Terræ Sanctæ*, noluerunt stare Juramento Nostro super Taxatione Bonorum Nostrorum; sed per Seipfos taxarunt omnia Bona Nostra per Loca, ad Quadringentas Marcas annuatim: ita quod solveremus secundum illam taxationem singulis annis, durante Decima illa, Quadraginta Marcas, *Londoniæ*. Concesserunt etiam, quod totum illud, quod ante solvimus aliis Collectoribus, Nobis cederet pro Solutio.

Eodem anno, obiit *Gregorius* Papa Decimus, sub quo ipsa Decima est concessa. Post hunc, fuit quidam de Ordine *Fratrum Prædicatorum*; et vocatus est *Innocentius* Quintus. Post hunc, *Octobonus*, qui fuit Legatus in *Anglia*, et vocatus est *Adrianus*<sup>1</sup>. Post hunc, *Petrus Hyspanus*, et vocatus est *Johannes* Vicesimus-primus. Et hi tres ultimi vix per duos Annos duraverunt. Et dicitur, quod merito; quia noluerunt dictam Decimam relaxare. Post hos, *Johannes le Geytel* Nobilis, ab Urbe natus; et vocatus est *Nicholaus*.

Eodem anno, concessimus *Ricardo*, Filio *Johannis Durraunt*, unam Marcam de Camera Nostra, donec Ei in Ecclesiastico Beneficio sit provisum.

Eodem anno, cepimus de Denariis *Sancti Free-*

---

<sup>1</sup> Adde, Quintus.

MCCLXXV.

*mundi* plicatis, ad Pondus Centum Solidorum; et emimus inde Avenam.

Eodem Anno, Justiciarii Itinerantes federunt *Londoniæ* in *Turri*: qui antea per Viginti-quinque annos *Londoniæ* non federunt. Tunc suspensus est *Michaël Tavy* unus ex Civibus, qui in Bello de *Lewes* fuerat contra Regem.

Eodem anno, Mariscalli Domini Regis repererunt, quod *Brasatrices* de *Villâ Assisam* non ferverunt: et *Villata* fecit Finem pro *Quadragesima* Solidis. De *Bufellis* nihil ad tunc.

Eodem anno, *Walterus* Dominus de *Stodham* ultra fossatum, quod de Novo fecerat contra *Dominicum* suam, versus *Crucem*, fecit *Nobis* Mansum in pluribus locis, et Plantationes suas inde abstraxit.

*Walterus* Dominus de *Stepinggele* concessit *Nobis* quod <sup>1</sup> *Vivam* <sup>2</sup> *Haycam* et Fossatum faceremus inter Nos et Campum de *Stepinggele*.

Eodem anno, *Archiepiscopus Cantuariensis* dedit *Ricardo* *Episcopo Lincolniensi* *Adjutorem*; quia invenerat Eum *Impotentem*.

Eodem anno *Finem* fecimus cum Rege pro *Quinta-decima* *Nostra*, per *Loca*; de *Decem Marcis*, si tamen Rex postea hoc <sup>3</sup> *attemperet*. *Solvimus* *Abbati* de *Kamisepa* apud *Sanctum-*

---

<sup>1</sup> *Quickset Hedge.* <sup>2</sup> *Vel, Hayciam.* <sup>3</sup> *Sic.*

MCCLXXV.

*Neotum* pro dicta Quinta-decima Quinque Marcas; et habuimus Talliam de soluto. Recepi-  
mus, in Deposito, per Breve Domini Regis to-  
tam Pecuniam de Comitatu **Bedeforde** et **Bu-  
kingham** de Quinta-decima proveniente: et  
eandem pecuniam Liberavimus Mercatoribus  
per Breve Domini Regis. Et tunc solvimus Iphis  
Collectoribus Quinque Marcas pro Nostra **Quin-  
ta-decima**. Eodem anno, Assessores **Quintæ-de-  
cimæ** Domini Regis ad Nos venerunt; et per Ju-  
ratos Burghenses Bona Nostra infra Curiam No-  
stram, et Bona omnium Burghensium taxave-  
runt.

Et tunc Summa totalis Omnium Hominum  
de Villa de **Dunstaple**, sex-centæ Libræ, qua-  
draginta-octo Libræ, sedecim-Solidi, septem De-  
narii, Obolus.

Summa **Quinta-decimæ**, Triginta-Sex Libræ,  
Un-decim Solidi, Novem Denarii, Obolus.

Summa Bonorum Prioratus, Sedecim Libræ,  
quatuor Solidi, Decem Denarii.

Summa **Quintæ-decimæ** Prioratus, Viginti-  
unus Solidi, Octo Denarii.

MCCLXXVI.

† D. fol. 55.

† De Justiciaria *Rogeri de Seytone*.**Bedeford.**Anno Gratia 1276, in *Crastino Exaltationis*  
*San-*

MCCLXXVI.

*Santæ Crucis*, Magister *Rogerus de Seytone* & Socii ejus Justitiiarii Itinerantes apud *Bedeforde* federunt, anno Regni Regis *Edwardi Quarto*, ad continuandam Sessionem, quam *Gilebertus de Prestone* ibidem inchoavit ultimo anno *Henrici Regis*; et propter Mortem Regis Officium suum non complevit.

Inplacitati fuimus coram dicto Magistro *Rogero* & Sociis suis, per Brevia, et per Querelas.

*Johannes Gimauld* de *Craule*<sup>r?</sup> Nos inplacitavit per Breve de *Morte Antecessoris*, de Quatuordecim Acris. Reddidimus Ei Terram prædictam; et pro Recognitione, dedit Nobis Unam Marcam; et habet Cyrographum. *Johannes* in Misericordia.

Villata de *Husseburne* habuit Breve de *Disseyfina*, pro Inclusionem Croftæ, ubi sita est Bercaria Nostra; et pro Inclusionem Croftæ coram Molendino. In Crofta ante Molendinum fecimus Eis Ingressum in duobus Locis; et ideo non persecuti. Alia Crofta in Pace.

*Walterus Beywin* habuit Breve Contra Nos de Septem <sup>1</sup> *Seylonibus* super Castellum de *Ruge-munt*: dedimus ei unam Marcam, et fecit Nobis Quietam-Clamantiam.

---

<sup>1</sup> *Vel*, Selionibus. Selio autem lingua vernacula, a *stiche*, a *selion*, or a ridge of lande, notante *Spelmanno* in *Glossario*, quem adis.

MCCLXXVI.

*Emma Pik* habuit Breve de Dote, in *Segen-  
ho*: Fecimus Pacem cum eadem.

Villata de *Eberholt* voluit præsentare mul-  
tas Purpresturas sibi factas per Nos: et fecimus  
Pacem. Multas etiam Purpresturas, quas Duode-  
cim Jurati de *Dannehebed*, et de aliis Hundredis  
voluerant præsentare, fecerimus per Amorem.  
foedavimus?

*Donablina*, Uxor *Rogeri Fabri*, habuit Breve  
*Disseyfinæ* de quadam Terra in *flittewic*: De-  
dimus ei decem Solidos pro Pace.

*Alicia*, filia *Roberti Bending*, habuit Breve de  
*Morte Antecessoris*, de Una Acra in *Dulloke-  
thulle*; satisfecimus Ei, et fecit Nobis Quietam  
Clamantiam.

Dominus *Reginaldus de Grey* reddidit Nobis  
Reditum duorum Solidorum, de *Silvestro de la  
Felde*, apud *Eyam*.

*Thomas de Bray* habuit Breve de *Transgressio-  
ne* contra Nos, pro retentione Ovium *Willelmi  
de Bray*, filii *Radulfi*, Conversi Nostri: fecimus  
Pacem pro Sexaginta-duobus Solidis.

Per Duodecim Juratos de *Dannehebed*,  
fuit præsentatum, quod *Johannes le Peynur* fu-  
gam fecit de Ecclesia de *Dunstaple*: et pro-  
pter hoc amerciati fuimus de Centum Solidis.  
Ista Præsentatio Nos latebat, et propter hoc non  
quæsimus Remedium.

1 Sic Apogr. W. Lege, quæsimus.

Cum

MCCLXXVI.

Cum *Mariotha de Rede*, Herede *Roberti Halegod*, Pacem fecimus pro Tenemento, quod Idem *Robertus* habuit in **Dunstaple**.

*Simon le Curteys* Capellanus diu inplacitaverat Priorem in Banco **Londoniæ** per Breve de *Prohibitione*; non est profecutus apud **Bedeforde** ad Returnum Brevis sui: ideo in Misericordia.

Totus Comitatus americiatus est de **Quadraginta** Marcis pro Falso Judicio, Nulla Libertate excepta: et propter hoc contribuimus pro Terris Nostris extra **Dunstaple**, sicut alii Geldabiles.

Bercarius Noster de **Pullokeshulle**, die *Sancti Michaelis*, occidit quendam hominem, et postea per Nos non fuit receptatus: et tamen americiati fuimus pro retentione suorum Solidorum, quos nunquam petivit, nec alius Nominis ejus.

Pro pluribus etiam Defaltis, americiati fuimus de Viginti Solidis, eo quod dictus Justiciarius Nobis in omnibus adversaretur.

In prædicto Itinere habuit Prior *Willelmus* Breve contra *Eudonem la Suche* et *Milesentam* Uxorem suam; sic. “*Edwardus*, Dei Gratia, “*Rex Angliæ*, &c. Si Prior de **Dunstaple** fecerit Te securum de clamio suo profequendo,

“ tunc summ . . . . .<sup>as?</sup>  
oneri facias? per bonos Summonitores,

MCCLXXVI:

“*Eudonem la Suche* <sup>1</sup> *Milesentam* Uxorem ejus,  
 “quod sint coram Justiciariis Nostri ad pri-  
 “mam Affisam, cum ad partes illas venerint,  
 “ostenfuri quare, cum Prior de **Dunstaple** et  
 “Prædecessores sui Ejusdem Loci per Cartas  
 “Prædecessorum Nostrorum, Regum *Angliæ*, Vi-  
 “sum Franci-plegii, insuper et Amerciamenta  
 “Panis et Cervisiæ, in **Suth-Houthone** in Co-  
 “mitatu prædicto semper hæctenus habere con-  
 “sueverunt: Idem *Eudo* & *Milesenta* non per-  
 “mittunt prædictum Priorem Visum Franci-  
 “plegii & Amerciamenta prædicta ibidem ha-  
 “bere, sicut ea semper habere consuevit, ut di-  
 “cit. Et habeas ibi hoc Breve, &c.”

Idem *Willelmus* Prior habuit Breve de *Dissey-  
 sina*, Ratione Pasturæ Inclusæ apud **Sortegrabe**  
 per dictos *Eudonem* et *Milesentam*. Et dictus  
 Prior prorogavit Executionem & <sup>2</sup> Attathacio-  
 nem suorum Brevium, usque in Finem Sessio-  
 nis Justiciariorum. Tunc venit *Eudo* et promi-  
 sit Priori, quod Ipsum vel Successores suos ulte-  
 rius non molestaret ratione dicti Franci-plegii:  
 et super hoc pararet Ei omnem Securitatem,  
 quam duxerit providendam. Item promisit, quod  
 statim redderet Ei Communam suam apud  
**Sortegrabe**, quam inclusit: Ita quidem, quod

---

1 *F.* et *Milesentam*. 2 *Vel*, Attachiationem.

## MCCLXXVI.

dictus Prior à suis Brevibus se subtraheret. Et Prior credidit Ei et Juramento suo, et deceptus est; quia Pactionem illam in aliquo non tenebat: immò, cito post decessum Justiciariorum vexavit prædictum Priorem sicut prius.

Dictus Magister *Rogerus* Libertatem Prioris noluit allocare, nec ad **Dunstaple** declinare pro Libertate placitanda; sed cum Geldabilibus voluit Ipsam Libertatem placitare, nisi super hoc haberet Breve Domini Regis speciale. † Et Do-<sup>† D. fol. 55.</sup><sub>b.</sub>minus Rex Justiciario per Breve suum demandavit, quod Ipse adiret **Dunstapliam**, et Placita, Priorem & Homines suos tangentia, infra Libertatem illam teneret. Et tamen ire noluit, sed Priori præfixit diem **Londoniæ** coram Rege & suo Concilio. Et in proximo Parleamento **Londoniæ** Prior comparuit coram Rege. Et cum testatum esset de Antiquitate Libertatis: Rex concessit Priori suam Libertatem. Et Magister *Rogerus* spondit, se venturum ad Libertatem placitandam.

Interim, quidam ex Burgensibus procurabant alios Justiciarios speciales per Breve Domini Regis; unde dictus *Rogerus* ampliùs est offensus. Cùm autem Justicarii deputati sederent apud **Dunstaple** primo die sessionis, eorum Potestas revocata est per Breve Regis, et dicto *Rogero* totaliter commissa.



MCCLXXVI.

Eodem anno, in *Crastino Sancti Hillarii*, *Rogerus de Seytone* fedit Justiciarius in *Dunstaple*; et in principio cepit Libertatem in Manu Domini Regis; quia Prior non habuit nisi Unum Coronatorem. Ballivos Prioris amovit, et unum Ballivum inprisonavit, quia Egressus est Libertatem ad investiganda Catalla *Elyæ Probatoris*, qui tunc fuerat in Gaola. Item, tradidit Vicecomiti *Bedefordie* Libertatem, ut de Exitibus Responderet. Non permisit, quod Prior assideret Ei; nec quod haberet Clericum suum Inrotulantem, sicut eatenus fieri consuevit. Quantum potuit Priorem gravavit. Pauca Brevia placitavit, et discessit. Ballivum Prioris deliberavit quia Clericus fuit, et in Tonsura. Priori restituit Libertatem; ita tamen, quod Gratiam Domini Regis quæreret in hac parte festinanter. Postea, ipsemet *Rogerus* restituit Priori plenariam Libertatem, pro Quadraginta Solidis, ad opus Domini Regis: et remisit dicto Priori omnem Indignationem et Offensam, quam concesserat contra Eum. Et post paululum dictus Magister *Rogerus* Morbo Paralysis est percussus; et perdidit Usus Linguæ et fere Omnium Membrorum. Et in illa ægritudine apud *Torentone*, factus est Canonicus Regularis.

In Itinere & Sessione dicti *Rogeri* apud *Dunstapliam*, Implacitati sumus per *Johannem Sperling*,

MCCLXXVI.

*ling*, de Tenemento *Roberti Halogod* in *Dunstaple*: et dedimus ei Septem Solidos pro Pace habenda. Et fecit Nobis Quietam Clamantiam.

*Robertus de Culesworthe* Carpentarius et *Galiens* Uxor sua Nos inplacitarunt per Breve de *Ingressu*, de Octodecim Denariis annui Redditus in *Dunstaplia*. Dedimus Ei unam Marcam pro Pace; et recepimus à dicto *Roberto* Cartam, in qua continetur Warrantia.

Cum *Johanne*, filio *Johannis Clerici*, Pacem fecimus de Terra de *Madelome*.

### Casus Falconariorum Regis.

Eodem anno, decimo-sexto die *Decembris*, Inter Falconarios Domini Regis in Domo Nostra Hospitatos, et quosdam de Familia Nostra infra Curiam, et inter eosdem Falconarios & Capellanum Nostrum extra Curiam, Contentio est suborta. Dicti Falconarii vespere egressi cum Multitudine Sociorum suorum in Villa hospitatorum, dictum Presbyterum lethaliter vulnerabant; ita, quod tertia die mortuus est de plaga. Postea regredi volentes infra Curiam, Janitorem, resistentem eis, manebant et verberibus atrectabant. Incedentes per totam Curiam uno agmine, omnes sibi obvios prosternebant; plu-

---

1 Sic *Apogr. W.* Lege, prosternebant.

MCCLXXVI.

ribus de familia plagas gravissimas inferentes; et non parcebant Canonicis vel Conversis. Conventus dormiens in Dormitorio excitatus fuerat à Tumultu, et hoc Infortunium non sciebat. Tunc ad pulsus grandium Campanarum populus accurrebat, et vix potuit Prior populum sedare, quin in ipsos Falconarios irruissent; Nulla tamen eis Violentia facta fuit. Mane verò facto, Regem apud **Walingford** adierunt, de Priore, Canonicis, Familia, & Burgensibus, querimoniam facientes. Priore etiam statim ibidem comparente coram Rege, et volente Ordinem rei Ei pandere, vix voluit Eum Rex audire. Sed in **Craffino** apud **Habendone**, coram Consilio Domini Regis, fuit Prior per dictos Falconarios graviter accusatus. Et cum vellet Suam et suorum Innocentiam purgare, et aliorum pandere Feloniam, non credebatur: respondebatur tamen Ei, quod Rex voluit inquirere Veritatem: et interim, omnia sunt in Pace. Postea Magister *Rogerus de Seytone* in Sessione sua apud **Dunstable** per Duodecim Juratos diligentem super hoc fecit Inquisitionem. Et Duodecim Jurati dicunt per Sacramentum suum, quod Prior et omnes sui, et omnes Burgenses sunt inculpabiles in hac parte. Sed Dominus Rex istam Inquisitionem non acceptavit. Et *Kalendis Martiis* Dominus Rex personaliter apud **Dunstable**  
*pliam*

MCCLXXVI.

pliam venit. Et Electi sunt Triginta-sex Legales Homines de Duobus Hundredis, qui non essent Priori, Canonicis, Familiæ Prioris, seu Burgenfibus Consanguinei vel Affines, ad Recognoscendum, per Sacramentum suum, si dictus Prior, Canonici, vel aliquis ex Burgenfibus de maxima Violentia, quam dicti Falconarii apud **Dunstaple** conquesti sunt sibi factam, culpabiles extitissent: Et de Morte Capellani, à quo & qualiter sit occisus. Et prædicti Jurati coram Consilio Domini Regis dicunt, quod <sup>c?</sup> prædictus Canonici, & alii <sup>a</sup> reatati, inculpabiles fuerunt ab omni Injuria, Violentia, seu Damno, Familiæ Domini Regis facta; et quod in nullo apud **Dunstaple** sit eis forisfactum. Et si quis eorum læsus fuerit, hoc factum est ab aliquo Vim repellendo. Item dicunt per Sacramentum suum, quod dictus Capellanus occisus est à quibusdam Ribaldis de Familia memorata. Ideo Prior et omnes sui sunt quieti; et Prior Emendas alias non habebat, nisi quod † Offensam Domini Regis mitigavit. † D. 601, 56. Additum est etiam, quod Mortem Capellani in Curia Regis quicumque voluerit ex propinquis, prosequatur; et Justitia fiet Ei. Eodem Tempore concessimus *Johanni de El-*

---

1 F. prædicti. 2 Reatati *idem* signat quod in jus vocati. At melius reatati, ut & conjecit Wanleius.

## MCCLXXVI.

*nestome* Cantariam infra Curiam Nostram; et dedit Nobis ad Summam Viginti Marcarum: sub spe tamen Gratia largioris.

Eodem anno, concessimus Magistro *Waltero de Ludesford* duas Marcas de *Dart* annuatim; et dedimus Ei post Ecclesiam de *Herlingdone*.

## MCCLXXVII.

Anno Gratia 1277, Vendidimus *Johanni Duraunt* totam Lanam de Partibus *Dunstapliae*; scilicet quodlibet Vellus pro sex Denariis; Habendam per praedictum pretium donec ei de Septies-viginti, octo-decim Marcis, tribus Solidis, undecim denariis, plenarie fuerit satisfactum. De praedicta pecunia, Solvimus pro Decima *Terrae Sanctae* Centum Marcas, Quadraginta-quatuor Solidos, undecim Denarios. *Martino Clerico* pro *Lithlington* Viginti-tres Marcas. Et dicto *Johanni* Triginta-duas Marcas pro debito suo.

Eodem anno, Executores *Petri de Radenhore* perdonarunt Nobis Septies-Viginti Marcas: et Concessimus defuncto specialitatem, quae in Nostris Martiologio annotatur.

*Leulinus*, Princeps *Walliae*, Censum Regis destituit, et Ei homagium facere recusavit; propter quod Dominus Rex habens in Auxilium *David*

---

1 *Martyrologio.*

MCCLXXVII.

Fratrem Principis, et plures ex Magnatibus *Wallia*, cum grandi Exercitu *Walliam* est ingressus, et Eam undique debellavit. Insulam de *Anglesey* primo cepit Rex per Insultum Nautarum de *Quinque-Portubus*, et *Wallenses* in Ea interfecit. Ceterosque *Wallenses*, propter dissidium Fratrum, Rex sibi de facili subjugavit; et Princeps in *Snoudone* cum Exercitu suo fugit.

Eodem anno, dicto *David* et quibusdam Proceribus *Angliæ* procurantibus, reconciliatus est *Leulinus* Domino suo Regi. Et Dominus Rex fecit ibidem duo Castra, scilicet *Flinte* et *Kotheslane*; et de aliis Castris *Walliæ* ad opus suum retinuit quod volebat. *Leulino* Principi concessit Rex totum *Snoudone*. Item concessit Ei Insulam de *Anglesey* ad tenendum, de Regibus *Angliæ*, pro certa Summa pecuniæ annuatim. *David*, Fratri Principis, dedit Rex Castrum de *Hope*, & Terras plurimas et Forestas; et sic Dominus Rex in *Angliam* est reversus.

*Natale Domini* apud *Londone* Dominus Rex celebravit ipso Anno; et *Leulinus*, Princeps *Walliæ*, interfuit tunc ibidem; et postea in *Walliam* pacifice est reversus. Postea, Dominus Rex *Alienoram de Monte-forti*, uxorem Principis, deliberavit à Prifona; et Eam cum Honore et Conductu Nobilium ad Ipsum Principem destinavit.

Eodem anno, intrante Autumno, incepimus

MCCLXXVII.

Magnam Cameram ad Opus Domini Regis, juxta Cameram Prioris.

Eodem anno, facto magno apparatu, coepimus intrare fructus Ecclesiæ de **Lithlingthone**, quos tunc ad Firmam habebamus; unde supra. Et Dominus *Ricardus*, Episcopus **Lincolniensis**, inde Nos ejecit, et tradidit Custodiam dictæ Ecclesiæ *Waltero de Stome*, Clerico suo; eo quod *Paganus*, Rector illius, Mortuus dicebatur. Procurator dicti *Pagani* nullum super hoc Remedium Nobis fecit.

Eodem tempore, Magister *Walterus de Ba* præsentatus est ad eandem, sicut ad Vacantem; et sic omnes Fructus perdidimus ipso anno.

Archiepiscopus **Cantuariensis** habuit Grande Concilium cum Co-Episcopis et cum Clero suo, super Deliberatione *Americi de Monte-forti*: sed interim Papa obiit, qui suam Deliberationem demandavit: ideo inde nihil.

Archiepiscopus, Nomine Episcopi **Lincolniensis**, fecit Ordines Generales apud **Huntingdone**; et habuit de Episcopo Viginti Marcas pro Expensis illius diei.

Archiepiscopus prædictus, visitato Episcopatu **Lincolniæ**, tandem, die *Sancti Lucae*, causa Visitationis ad Nos venit; et stetit apud Nos per Quinque dies. Procuravimus Ipsum ad omnes sumptus unico tantum die: reliquis diebus

MCCLXXVII.

bus invenimus Boscum & Fœnum, et <sup>1</sup> Xennia  
omni die. In Correctionibus suis, Regulariter  
& Curialiter se habebat, et Correctiones suas  
reliquit in Scriptis. Monstravimus Ei, quo Ti-  
tulo Ecclesias nostras teneremus, et Ipse No-  
strum Ingressum in Omnibus acceptavit.

Eo tempore, Parochiani Nostri apud **Thew-  
worthe**, coram dicto Archiepiscopo apud *San-  
ctum-Neothum* fecerant Nos vocari. Et *Johan-  
nes*, dictus *Poleyn*, unus Parochianorum compa-  
ruit, et petiit à Procuratore Nostro, quasi extra  
Judicium, quod faceremus in Capella de **Thew-  
worthe** Divina celebrari per tres dies singulis  
Septimanis, sicut aliquando fieri consuevit: vel  
saltem, quod restitueremus dictis Parochianis  
Triginta-Sex Acres Terræ cum pertinentiis, quas  
Progenitores eorum, ut dicitur, ea Occasione,  
Matrici Ecclesiæ de **Chalgrave** contulerunt.  
Et inter prædictum *Johannem Poleyn* et

Procuratorem Nostrum sic convenit; Quod,  
sopita Querela sua, et omni Actionis Materia  
quoad prædicta, faceremus amicabiliter in præ-  
missis, quod Justitia suaderet. Et hoc factum  
est ad cautelam; quia dictus Archiepiscopus fa-  
vorabilis fuit aliis in hoc casu.

*Bartholomæus Juvenis* de **Dunstaple** <sup>θ</sup>, et le-

---

<sup>1</sup> *Vel Xenia.*



MCCLXXVII.

gaverat Magno Altari Quadraginta Solidos. Item ad Celebrandum duo Annualia in Ecclesia Nostra, Decem Marcas. Item, Legavit Pietant<sup>iariz?</sup> Conventûs Decem Libras, ad Reditum comparandum. Has etiam Libras, Prior *Willel-*<sup>ariz?</sup>*mus* ad Utilitatem <sup>1</sup>Cellar<sup>ariz?</sup> mutavit. Ita scilicet, quod singulis annis perciperet Pietantarius de Cellario Viginti Solidos, donec prædictæ decem Libræ plenarie solverentur: unde soluti sunt suo tempore, decem Solidi, et non ultra. Pro ista gratia, per Conventum est concessum, quod prædictus *Bartholomæus* et *Isabella* Uxor Ejus habeant in suis Anniversariis Servitium et Conredium duorum Canoniorum Professorum.

Eodem anno, Manerium Nostrum de *Cate-*  
<sup>† D. fol. 56. b.</sup> *by* traditum est ad Firmam † *Willemo* fratri Personæ ad Terminum Viginti Annorum; scilicet, à Festo *Sancti Michaëlis* Anno Gratix 1277; secundum formam Cirographi, inter Nos super hoc confecti, pro Duodecim Marcis.

Eodem anno, in Festo *Sancti Thomæ Apostoli* dimisimus ad Firmam Manerium nostrum de *Stoke*; videlicet, à Festo *Sancti Michaëlis* anno Gratix 1278, usque ad Terminum Viginti Annorum, pro Quinque Marcis annuatim; et

---

1 *Legend.* Cellarii. Cellarium autem idem est quod Penarium, Cellarius idem qui & vulgo promus.

MCCLXXVII.

recepimus Viginti-quinque Marcas pro ingressu.

Eodem anno, *Walterus de Merthona*, Episcopus *Koffensis*, in quadam Aqua mergebatur, et inde extractus est vivus, sed die tertia obiit: et Monachus *Koffensis* successit Ei.

Eodem anno, Scaccarius Domini Regis à *Salopia* rediit *Londonias*: Justiciarii in Banco ibidem similiter sunt reversi. Tunc Prior cum *Fratribus Prædicatoribus* in Villa, primo comedit. Tunc etiam, concorditer est concessum, quod Septem Psalmi dicantur de Nocte, usque ad *Primam Dominicam in Passione*.

Eodem anno, *Galfridus de Leukenor* Justitiarius deliberavit Gaolam *Dunstapliæ*: et tunc deliberatus est *Henricus Em* et duo Socii sui, qui propter Raptum Mulieris de *Dunstaple* fuerant inprisonati. Tertius eorum Socius obiit in *Prisona*.

Eodem anno, Magister *Michaël* fecit Nobis duas Campanas grandiores; *Henricus* filius Ejus, post obitum Patris Tertiam Nobis fecit.

MCCLXXVIII.

Anno Gratia 1278, *Dominica ante Pentecosten*, Frater *Robertus*, Archiepiscopus *Cantuariensis*, Magistrum *Willelmum de Middeltone* in *Portsmouthensem* Episcopum *Londoniæ* Consecravit.

---

1 *Vel, ut vulgo, Scaccarium.*

MCCLXXVIII.

Eodem anno, Die *Pentecostes*, dictus Archiepiscopus Crucem suam Resignavit; eo quod vocatus esset ad Curiam per Dominum Papam, ut foret Cardinalis ad Titulum *Portuensem*.

Monachi *Cantuarienses* *Robertum Burnel*, tunc *Batoniensem* Episcopum, in Archiepiscopum postularunt; Quam Postulationem Papa non acceptavit: immo dicitur, quod Cassavit. Et contulit Illam dignitatem Fratri *Johanni de Pecham* de Ordine *Minorum*, tunc in Curia Regenti in Theologia.

Eodem anno, in *Crastino Animarum*, *Justitiarum* Itinerantes Sederunt apud *Wertforde*. Prior habuit ibi Breve de *Disseysina* super *Thomam de Hyda* pro Communi Pastura Ipsius Prioris, et super Via Communi per Medium Bosci dicti *Thomæ*. Prior non est Profecutus, quia *Thomas* restituit Ei quod petebat.

*Edelina de Bradewin* habuit Breve de *Conventionione* pro Reragiis Conredii sui: fecimus Pacem cum Eadem.

*Robertus Ferrares* de *Sancto-Albano* Confirmavit Nobis Terras & Tenementa, quæ fuerunt *Roberti de Cheletone*, Patris sui, in Parochia de *Stodham*, vel alibi: et dedimus Ei dimidiam Marcam.

Eodem anno, Mense *Novembri*, capti sunt omnes *Judæi* per *Angliam* uno die; et *Londoniis*  
in-

MCCLXXVIII.

inprisonati, pro retonfura Monetæ Regis. Et Indictati sunt per *Judeos Cristiani* plurimi de Consensu; et præcipue de Nobilioribus *Londoniae*. De *Judeis* utriusque Sexûs, prædicta Occasione sunt Suspensi *Londoniae* ducenti et quater-viginti. In aliis Civitatibus *Angliæ* maxima Multitudo.

Pro Redemptione *Cristianorum* habuit Rex Pecuniam infinitam; aliqui tamen ex \* *Cristianis* suspendio tradebantur. \* Sic MS. literatim.

Eodem anno, amovit Rex omnes Vice-comites *Angliæ*, Clericos scilicet & Extraneos; et substituit Loco eorum Milites de propriis Comitatus.

Mariscalli Domini Regis fuerunt apud *Dunstaple* die *Santi Thomæ Apostoli*: pro defectibus Mensurarum Villata fecit Finem; et Prior eorum Hospitium quietavit.

Eodem anno, Dimisimus ad Terminum tredecim annorum Decimas Nostras apud *Bratentone* et *Atte-lone*, pro Ducentis Marcis præ Manibus receptis. Et fecimus super hoc tria Instrumenta.

Eodem anno, *Rogerus, Conbentrensis* Episcopus, Confirmavit Nobis Ecclesiam de *Bradburne* cum omnibus Capellis suis. Et procuravit Nobis super hoc Confirmationem *Conbentrensis* & *Lichfeldensis* Capitulorum. Pro prædi-

MCCLXXVIII.

dictis, dedimus Elemosinæ Episcopi prædictas Ducentas Marcas: Dictum tamen est ab Episcopo & à Nobis, prædictam Solutionem factam esse ratione cujusdam diutini Sequestri, quod idem Episcopus in dicta Ecclesia de *Bradburne* dixerat se fecisse.

Eodem anno, exiit Edictum à Rege *Edwardo*, ut omnes, qui haberent Viginti Libratas Terræ, fierent Milites.

<sup>1</sup> *Simon del Ho*, Abbas de *Sancto-Edmundo*, obiit.

In illo Yeme, Nix <sup>aut ?</sup> Glacies in nostris Partibus non fuerunt.

MCCLXXIX.

Anno Gratia 1279, <sup>o</sup> *Walterus Giffard*, *Eboracensis* Archiepiscopus; et successit Magister *Willelmus*, Decanus illius Ecclesie.

Eodem anno, in Mense *Mayo*, fuit Torneamentum apud *Dunstable*.

Eodem anno & Mense fuit Tonitruum Terribile; Arbores in multis Locis fuerant extirpatæ, et ad alia loca transportatæ. Homines in Nubibus rapti; ædificia corruerunt; <sup>us?</sup> <sup>2</sup> Lat

---

<sup>1</sup> *Simon de Luyton al. melius, ut videtur. Vide Lelandi Coll. Vol. VI. p. 142.* <sup>2</sup> *Recte conjecit Wanleius, modo lacus legas.*

etiam

MCCLXXIX.

etiam aquarum <sup>1</sup> sicabantur, et Cruces in minutas Partes sunt redactæ.

In *Octabis Trinitatis* Frater *Johannes* Archiepiscopus *Cantuariensis* à Domino Rege est admissus; et reddita est ei Baronia sua.

Eodem die, mandavit Rex Vice-comitibus *Angliæ*, ne Falsa Moneta vel <sup>2</sup> Retunsa ulterius daretur. Et Rex misit de Fisco proprio Veterem Monetam Integram, non Retunsam, ad Decem *Angliæ* Civitates, ut inde fieret Cambium donec Nova Moneta fabricaretur. Postea, Quarto die post *Kalendas Augusti*, fuit primum Cambium de Nova Moneta, videlicet de Denariis & Quadrantibus rotundis; et currebat adhuc Vetus Moneta cum Nova, per totum Annum sequentem: et tunc prohibita est generaliter Vetus Moneta. Oboli insuper integri interim formabantur, et currere cœperant die qua Prohibitio Veteris Monetæ facta fuit.

† Eodem anno, Mense *Julio*, fuerunt Justiciarii apud *Bedeforde*, ad Inquirendum, qui fuissent Tonsores Monetæ; et qui Consensum et Auxilium *Judeis* in <sup>3</sup> hujusmodi præstitissent. Prædicti Justiciarii volebant, quod ibidem extra Libertatem Burgi ad Articulos Responderemus. Et Villata Finem fecit cum eisdem de Decem

---

<sup>1</sup> L. sicabantur. <sup>2</sup> Sive Retonfa. <sup>3</sup> Subintellige, facinore.

MCCLXXIX.

Libris ad opus Domini Regis; per sic, quod apud *Dunstaple* mitterent aut venirent ad suum Officium prosequendum: ita quidem, quod omnes proventus Priori remanerent. Et sub hac Forma, Prior concessit *Villatæ*, in Subsidium dicti *Finis*, Medietatem Omnium proventuum, qui in eorum sessione possent evenire. *Justitiarum* non venerunt; et *Villata* solvit apud *Drogniam* prædictas decem Libras.

Eodem anno, concessimus *Thomæ* Custodiam *Januæ* Principalis, cum Onere pertinente; et dedit Nobis viginti *Marcas*.

Eodem anno, *Carnifices* de *Villa* super <sup>1</sup> *Sca-*  
*bella* sua, ubi *Carnes* vendunt, <sup>2</sup> *Lingneas* do-  
munculas erexerunt: quæ postea, quia *Terram*  
tetigerant, per *Priorem* et totam *Communitatem*  
*Burgi* sunt amotæ. Permisit tamen *Prior*,  
quod de *Foliis* <sup>sc. ligneis</sup> *Loca* sua <sup>3</sup> coopirentur, ita quod  
*Terræ* non hæerent.

Eodem anno, apud *Kenelworthe* *Rotunda*  
*Tabula* tenebatur.

*Frater Robertus*, quondam *Archiepiscopus*  
*Cantuariensis*, obiit *Cardinalis*.

*Walterus de la Haye* per Breve <sup>4</sup> *Disleyfina* re-  
cuperavit *Communam* in *Quadraginta* *Acris*

---

<sup>1</sup> *Macella forte malis.* <sup>2</sup> *Sic.* <sup>3</sup> *Ita Apogr. W. Lege,*  
*coopirentur.* <sup>4</sup> *L. de Disleyfina.*

MCCLXXIX.

Terræ super Hydam : *Ricardus Wischard* in *Bezhingges* : Justitiiarii *Robertus Fulche*, et *Robertus Maleth*.

Magister *Gilebertus* infra Dedicacionem, factus est Canonicus.

Eodem tempore, in Parleamento *Londoniis* statuit Rex, ne Religiosi Terras aut Tenementa ulterius sibi appropriarent, nisi salvo Jure et Servitio Dominorum Feudi quorumcunque.

Eodem anno in *Adventu Domini* *θ Ricardus*, *Lincolniensis* Episcopus, vicesimo-tertio Pontificatus sui anno. Et successit Ei Magister *Oliverrus*, *Lincolniensis* Ecclesiæ tunc Decanus.\* Archidiaconus *Leprcestriae* habuit interim Custodiam Spiritualitatis.

*Johannes de Chesulle*, *Londoniensis* Episcopus, *θ*; et successit Magister *Ricardus de Gravebende*,  
amtoniz ?  
 tunc Archidiaconus : *North*

*Nicholaus*, *Wintoniensis* Episcopus, *θ*; et successit Ei Magister *Johannes de 2 Punteyse*, ex dono Papæ; cassato Magistro *Ricardo de la More*, quem Monachi in Episcopum Elegerunt. Causa cassationis fuit, quia habuit simul Duas Dignitates sine Dispensatione.

Eodem anno, Frater *Johannes* Archiepiscopus Visitavit *Conbentrensem* & *Lichfeldensem*

1 Northamptoniæ sine dubio legend. 2 Pontiffara aliis.



## MCCLXXIX.

Diocesim. Iste per Collationes Patronorum, Appropriationes Episcoporum, et Capitulorum Confirmationes, nec non Summorum Pontificum Confirmationes & Ratificationes, quantum ad Ecclesiam de **Bradburne** cum suis Capellis sufficienter inveniens nos Munitos; pronuntiavit, quod Canonicum Ingressum habuimus in eadem; ipsamque Nobis, auctoritate Metropolitana Confirmavit.

Eodem anno, dedimus de Camera Nostra **Quadrage** Solidos annuatim Magistro *Waltero de Woctone*, qui dictæ Confirmationis Procurator extitit, et Promotor.

Eodem anno, Mense *Martio*, Combusta est <sup>1</sup> Sala nostra de **Segenho**; et <sup>2</sup> Solarium annexum Salæ, cum suis appendiciis est salvatum. Et infra tres Septimanas sequentes, reparata fuit Sala.

Eodem anno, à *Kalendis Decembris* usque ad Festum *Sancti Michaëlis*, subtraximus Elemosinariæ singulis diebus in Refectorio Tres Panes, et Tres Galones Cervisæ: Et <sup>3</sup> ad Granar<sup>um</sup> subtraximus unum Quarterium Bladi singulis Septimanis.

---

<sup>1</sup> *Aila*, domus magna. <sup>2</sup> *Cubiculum superius ac paullo majus*, sub quo ambulacrum satis erat amœnum. <sup>3</sup> *Sic Apogr. W. Habebat nempe Wanleius. Lege*, ad Granarium. *Id est*, ad Granarium quod attinet, subtraximus.

MCCLXXIX.

Eodem anno, infra *Pentecosten*, et ante, defecit Nobis Brasium, et deinceps; et, in Festo *Sancti Johannis*, quodlibet genus Bladi; et de Empto fuit quicquid expendebamus, unde fuit Summa Denariorum Centum Libræ, & amplius.

MCCLXXX.

Anno Gratia 1280, statim post *Pascha* apud **Dunstaple**, percussum est fortissimum Torneamentum.

Eodem tempore, Prior de **Gyseburne** Electus **Harleolensis**, qui contra Metropolitanum Appellaverat ad Curiam, rediit Consecratus.

Episcopus **Menevensis** obiit; et Magister <sup>sauro?</sup> *Thomas Beke*, Thenarorius Regis, successit Ei.

Eodem Mense, *Oliverius de Sutthone* Consecratus est **Londonia**, in **Lincolniensem** Episcopum.

*Johannes de Herthford* Canonicus obiit apud **Hokeshulle**, et sepultus est Domi.

Mense *Octobris* *Willelmus de la Mare*, Persona de **Herlingdone**. Magister *Johannes de Radenhore* ad Nostram Præsentationem admisus est ad eandem. Qui cum haberet Literam de Institutione, Ecclesiam resignavit. Et sic quieti fuimus à duabus Marcis, quas de Camera Nostra habuit annuatim. Postea Magister *Walterus*  
de

MCCLXXX.

de Ludeford ad Nostram Præsentationem Admissus est ad eandem: et sic cessayerunt aliæ duæ Marcæ, quas Ei debuimus de Camera.

Eodem anno, Sanctus *Hugo*, *Lincolniensis* Episcopus, honorifice est Translatus.

Eodem anno, In *crastino Sanctæ Katerinae*, *Oliverus*, Dei Gratia <sup>1</sup> *Lincolniensis*, Domum Nostram personaliter Visitavit, Officium suum Regulariter prosequens, et districtè, sine Personarum acceptatione. Suppriori, et aliis quibusdam Fratribus, certis de Causis, Administrationem quamlibet interdixit: plures etiam de Familia minus Utiles, de præcepto dicti Domini sunt Expulsi. Correctiones suas facere prorogavit, usque ad Festum *Sanctæ-Crucis* post *Pascha*, et tunc Eas misit ad Nos in Scriptis. Dominum etiam *Willelmum le Breton*, tunc Priorem, absolvit à Regimine Pastoralis; qui postea, ex Ordinatione Episcopi, apud <sup>2</sup> *Hokeshulle* Provisionem habuit in hunc Modum. Videlicet, pro Seipso Quatuordecim Albas <sup>3</sup> Michias, et Quatuordecim Galones Cervisiæ Melioris; et † octo Denarios pro <sup>4</sup> *Companagio* Singulis Septima-

† D. fol. 57.  
b.

<sup>1</sup> *Adde*, Episcopus. <sup>2</sup> *Sic, cum quatuor punctis sub ulle, in Apegr. Wanl.* <sup>3</sup> *Panes, Miches, Loaves.* <sup>4</sup> *COMPANAGIUM, Companaticus, quidquid cibi præter panem & potum sumitur, id est, cibus qui com pane in escam datur. Will. Brito in Vocabul. MS. & auctor Mamotrekti ad 14. Numer. Pulmentam vel pulmentarium dicitur quilibet cibus præter pa-*

MCCLXXX.

nis. Item, pro Camera sua, Viginti Solidos annuatim. Item, <sup>1</sup> Luminare; et multa alia, quæ in Litera Provisionis suæ continentur, percipiet & habebit. Item, pro Serviente suo, Conredium & Stipendia, sicut Unus <sup>2</sup> Garcio de Stabulo Prioris percipere consuevit.

Petitâ & obtentâ à Domino Rege Licentiâ Eligendi, fuit Electio prorogata donec Pecuniam, quam pro Decima *Terræ Sanctæ* debui-  
mus, <sup>3</sup> solveremur.

Eodem anno, In *Crastino Epiphaniæ*, Fratribus omnibus, qui Sententia, qua pro Decima non soluta ligati fuerant, Absolutis: Frater *Willelmus de Wederhore*, tunc Camerarius, per Viam Compromissi, in Priorem & Pastorem est Electus. Et in *Crastino Conversionis Sancti Pauli* est ab Episcopo Confirmatus: Die *Purificationis Beate Mariæ* à Domino Rege est admissus: Quinto Idus *Februarii* cum lætitia Installatus. Magister *Ricardus de Bradewelle*, Archidiaconus *Bedfordiæ*, Installavit Eum; et propter hoc,

---

*panem, Companage in Gallico, seu, ut efferunt Occitani, Compauatge, quæ vox id potissimum denotat, quod in hospitio præter panem & vinum expenditur. Dufresne. 1 Candelam. Hic vero qualibet septimana, ut existimo, subintelligi debet. Quod si annuatim subaudiatur, luminaria tum profecto commodius legetur. Sed, ut ingenue fatear, luminare (modo light for the whole year interpretaris) satis recte retinebitur.*  
2 *Famulus.* 3 *Sic Apogr. W. Forte, solveremus.*

MCCLXXX.

instanter petiit Palefridum: Mariscallus Domini Regis magnus petiit similiter Palefridum instantissime: sed neuter habuit quod petebat. Vicecomes *Bedefordie* habuit Custodiam Terrarum Nostrarum Tempore Vacationis; scilicet per Octo Septimanas; qui Nos in aliquo non gravavit, Tenentes Nostros non oppressit. Et dictus Vice-comes cepit ad Opus Regis, de Exitibus Domus Nostræ per totum, 21 Solidos; et hoc de Mercato Burgi. *Ricardus Inge*, Clericus Domini Regis, habuit Gratiam Ratione Novæ Creationis; scilicet Quadraginta Solidos, donec Ei provideremus. Et quia eo tempore onerata fuit Domus ære alieno supra modum; per Episcopum *Lincolniensem*, Priorem & Conventum <sup>1</sup> Concordater est concessum, Quod à Capite & à Membris multæ fierent Subtractiones; et tenerentur, donec iterum per Communitatem revocentur. Quod et factum est.

*Johannes Durant* amicus Noster dedit dicto Archidiacono, pro bono Pacis, nomine suo proprio, Quinque Marcas pro Palefrido quem petebat; ut Stallatio Prioris præpediretur.

Magister *Walterus de Ludesford*, Persona de *Herlingdone*, perdonavit Priori Triginta Marcas de debito Magistri *Petri*.

---

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W. Forte*, concorditer.

MCCLXXX.

Eodem anno, die *Sancti Bartholomæi* obiit *Nicholaus* Papa; et successit ei *Martinus* Papa Quartus, cismontanus.

Eodem anno, Die \* *Sancti Vincentii* incepit forte Gelu; et duravit per Quinquaginta dies; ita quod ab omni agricultura est cessatum.

Dominus Episcopus admisit Fratrem *Stephanum* ad Ecclesiam de *ſlit*.

. In *Capite Jejunii* apud Nos durum fuit Torneamentum percussum.

Eodem anno, coram Archidiacono de *Santo-Albano* disrationavimus Viginti Solidos annuos de Ecclesia de *Brichulle* contra *Johannem* tunc Rectorem: et factum est super hoc Publicum Instrumentum.

Eodem anno, in *Craftino Sancti Jacobi*, per dictum Archidiaconum missi fuimus in Possessionem, causa rei servandæ, de Decimis, quas ab Abbate de *Derleia* petebamus: et tunc à dicto Archidiacono à parte Abbatis, Appellatum est ad Curiam *Cantuariensem*. Cumque coram Decano de *Arcubus* inter Nos esset super hoc aliquandiu decertatum, ad dictum Archidiaconum dicta Causa taliter est Remissa: et sic fuimus in Possessione, vel quasi, de Decimis prædictis per Annum sequentem. Et pars adversa ad Curiam

---

\* 22 Jan.

MCCLXXX.

Domni Papæ Appellavit; et dati sunt Judices in Cauſa Appellationis, Prior de *Horeburi*,<sup>1</sup> de *Conbentre*, et de *Deuham* Priores. Et quoniam Primi Duo Judices, præſentia Tertii non Expectata, in dicta Cauſa Appellationis proceſſerunt, Appellavimus ab Eis ad Curiam *Cantuarieſem*. Ipsi nihilominus ulterius cognoſcentes, Poſſeſſione Noſtra quoad Ipfas Decimas Nos privarunt, et prædicto Abbati adjudicarunt Decimas memoratas.

(De proceſſu iſtius Negotii, infra folio ſecundo.)

MCCLXXXI.

Anno Gratia 1281, ſtatim poſt *Octabas Paſcæ*, Sederunt Juſticiarii Itinerantes apud *Derebi*: et Prior comparuit ibidem coram eis: ſed citò Licentiatus diſceſſit.

Eiſdem Anno & Tempore, Dimiſimus *Willelmo de Chaurugge*<sup>2</sup> ad Terminum Vitæ ſuæ Locum Noſtrum de *Gledede*, pro Una Marca annuatim: Salvis Nobis groſſioribus Arboribus. Et <sup>beforehand.</sup> dedit Nobis Quindecim Marcas in Ante-manu.

Eodem anno, recepimus ab Eodem, Viginti-quinque Marcas pro Conrediis.

Eodem anno, ſolvit Clerus<sup>2</sup> Quinta-decimam

---

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W. Forte*, et de. <sup>2</sup> *F. Quintam-Decimam.*

MCCLXXXI.

Domino Regi de Omnibus proventibus Ecclesiasticis secundum Taxationem <sup>1</sup> *Porthwicenis?*  
*sem.*

In Feste Pentecostes, Orta est contentio inter Scholares *Oxonie* et quosdam Forestarios Domini Regis; propter quod, quidam Clerici fuerunt Inprisonati, et Divisæ sunt Scolæ.

Eodem anno, Parochiani Nostri in *Dunstaple* primo solverunt Decimam Vicariis de *Beneworthe* et *Cadendone*, de nutrimentis Animalium suorum, in *Dunstaplia* cubantium, & pascentium Pasturam prædictarum Villarum de *Beneworthe* & *Cadendone*. Et solvebatur Decima Agnorum ubi edebantur; Lac vero & Lana, pro Rata temporis solvebatur.

Eodem anno, vendidimus *Thomæ* filio *Johannis Duraunt*, ad totam Vitam suam, Quatuordecim Albas <sup>2</sup> *Michias*; et septem <sup>3</sup> *Suras*, et

<sup>1</sup> Vide supra, sub an. 1273. <sup>2</sup> *Loaves*. <sup>3</sup> *Brown* vel *course loaves*, quasi dicas *sorry* ab Anglo-Saxonico *sapirg*, quod malam alicujus rei conditionem indicat. unde & homo, virtute plane egens, & sub obtentu sapientiæ vitia sua celans, (id quod fecit ipse *Aristippus*, *Cyrenaicorum* ille magister, cui cum *Laide*, nobili quidem, sed famosissimo, scorto, fuit consuetudo) vulgo appellatur a *sorry* *felloto*. Fuit & frumenti genus quoddam paullo vilius *sura* sive *suricum* vocatum. Atque inde forsitan & de panibus ipsis vox usurpata. Alibi habemus *bifas michias* sive *michas* (id est, panes subfusci coloris,) pro *suras*, idque etiam



MCCLXXXI.

septem <sup>1</sup> Cobbas; et Quatuordecim Galones de Cervisia meliori, singulis septimanis, pro Quadringinta Marcis.

Eodem anno, in Festo *Sancti Andree*, assignavimus certum Reditum ad Coquinam; videlicet, censum Burgi & Mercati, et Porcorum in <sup>2</sup> franito. Et præterea, Celerarius inveniet Lardarium More Consueto; Coquinarius cetera Onera in Coquina supportabit.

Eodem anno, Nix magna, et fortissimum Gelu fuit. Pons *Londonensis* pro maxima parte frangebatur; Pons *Koffensis* similiter. Et in aliis Locis per *Angliam*, propter fortitudinem Glaciei.

---

*in Chartulario vetusto de Dunstaple, magna ex parte à Richardo de Morins scripto, in Bibliotheca Harleiana, in quo Chartulario & (f. 33. b.) de furis michis legimus. Sed non est quod fufius differam. Nam in partibus Angliæ septentrionalibus hodie etiam Setur Bread usurpatur. constat autem è pastâ, è tritico & secali confectâ. Quemadmodum & Biga quoque, vulgo Big sive Barley Big, illis in partibus seminatur, Latine dixeris hordeum tetrastichon, quod quidem granum idem forte quis esse censuerit, atque illud, è quo bisæ fuerint conflata. Sed non est necesse, ut sic statuas. Bis enim est vox Gallica, aliquid subfusci coloris indicans. Inde Lexicographi, pain bis, Rye bread, course bread, browne bread interpretantur. Voces ejusmodi crebro olim in partibus itidem australibus adhibebantur. Verum in desuetudinem fere abierunt. novitas proinde me potius quam magnitudo rei, ad id genus vocum, prout nobis hinc inde occurrunt, causas exquirendas excitavit. 1 Cobb-loaves, bunns. 2 F. franchito, (id est, the franchises, vel loco immunitatibus gaudente.)*

Juxta

MCCLXXXI.

Juxta Pontem de *Bydenham*, fregit Glacies sub quadam Muliere, et resedit Mulier super frustum; et inde transecta est super Aquam infidens firmiter, usque ad Pontem *Bedefordie*: nec potuit Ei quicquam subvenire. Ad Pontem *Bedefordie* fregit Glacies, et Mulier ulterius non est visa.

\* Eodem anno, in *Craftino Sancti Bartholomæi*, *Johannes de Stodham* suscepit habitum nostrum. \* D. fol. 58.

*Rogerus*, Abbas de *Wuburne*, obiit; et *Hugo de Suleburi* successit Ei.

Eodem anno, *Edmundus*, Comes *Cornubiæ*, constituit Mansionem apud *Oxoniam* Grisiis Monachis ad Scolandum.

Eodem anno, *David de Flittemic* portavit hoc Breve Regis, "*Edwardus*, Dei Gratia, &c. Vicecomiti *Bedefordie* Salutem. Præcipimus Tibi, quod per Sacramentum Proborum & Legatum Hominum de Comitatu tuo, per quos Rei Veritas melius inquiri poterit, diligenter inquiras, Qui Malefactores & Pacis Nostræ Perturbatores in Libera Warena *David de Flittemic* apud *Flittemic*, sine Licentia Ipsius *David* fugarunt, et Cuniculos ibidem ceperunt et asportaverunt, et alia enormia ei intulerunt, ad grave damnum ipsius *David*, et contra Pacem Nostram: Et Inquisitionem inde distincte & aperte

MCCLXXXI.

“aperte factam, Nobis sub Sigillo tuo, et Sigillis Eorum per quos facta fuerat, sine Dilatione mittas, et hoc Breve. Teste Meipso apud ~~West-~~  
 “*monasterium* Vicesimo-quinto die *Octobris*,  
 “anno Regni Nostri Nono”. Anno prædicti Domini Regis Decimo, in *Crastino Sanctæ Lucie Virginis*, coram *Johanne de Cheny* Vicecomite *Bedefordia*, et aliis Domini Regis Fidelibus tunc ibi præsentibus, Duodecim Jurati veniunt & dicunt super Sacramentum suum, Quod prædictus *David* nullam habet ibidem Warennam; nec Ipse nec sui Antecessores: propter hoc, nesciunt aliquos Malefactores. Nomina Juratorum sunt *Edmundus de Wedm*<sup>ere?</sup> Miles, *Robertus Bryen* Miles, *Johannes Puleyn*, *Johannes de Stanbrugge*, *Ricardus Sopurun*, *Willelmus Blundel*, *Petrus de Northrude*, *Robertus de la Burne*, *Johannes Passelewe*, *Radulfus de Bradete*, *Petrus de Tyngri*, *Thomas de Northrude*. Facta quadam Inquisitione, statim ipso Die, Nos & plures Nobiles de Visneto fugavimus & Cuniculos cepimus ibidem, sine Impedimento Ipsius *David*.

Per totum annum istum, ad Pistrinum subtraximus totam Decimam de Albo Pane, qua Elemosinæ dari solent.

Archiepiscopus *Cantuariensis* fecit Convocationem Cleri suæ Provinciæ pro Statu Ecclesiæ. Absentes graviter sunt puniti. Prior Noster

MCCLXXXI.

ster absens, Absolutionis Gratiam apud *Wyn-*  
*toniam* cum difficultate est fortitus.

MCCLXXXII.

Anno Gratia<sup>e</sup> 1282, Magister *Robertus de Lin-*  
*colnia* Medicus, ad Ecclesiam de *Steppingele* ad  
Nostram Præsentationem est Admissus; salva  
Nobis Pensione unius Marcæ annuæ in Eadem.  
Ad prædictam Ecclesiam Præsentavimus *Ricar-*  
*dum Inge*, cui in Quadraginta Solidis tenebamur  
ratione Novæ Creationis Prioris Nostri: et Ipse  
Præsentationem illam recusavit. Propter quod,  
à prædicto annuo soluti fuimus et *Quieti*: sed  
ad Instantiam . . Cancellarii Domini Regis, fe-  
cimus Ei Gratiam, donec de Artibus inchoasset.

Eodem anno, Mense *Aprili*, Præsentavimus  
*Galfridum Buguleun*, cui in duabus Marcis annuis  
tenebamur, ad Ecclesiam *Sancti Chutberti* tunc  
Vacantem. Præsentationem Nostram retinuit us-  
que ad Lapsum temporis, et Non est Profecutus;  
propter quod, similiter *Quieti* fuimus ab eodem.  
Post Lapsum vero Temporis, Filius *Henrici*  
*Trone* de Gratia Episcopi ad Nostram Præsen-  
tationem admissus est ad Eandem.

Emimus de *Roberto Ingolf* quandam partem  
Bosci sui apud *Wukelethore* pro Triginta Solidis.

MCCLXXXII.

Et anno præcedenti Emimus juxta, aliam particulam ab Eodem.

Eodem anno, *Americus de Monte-forti* deliberatus est, de Mandato Domni Papæ, à Custodia, ubi per Episcopos est detentus; et missus est ad Curiam.

*Radulfus de Harewold* Canonicus obiit apud *Bradburne*; et sepultus est ibidem, *quarto Kalendaris Septembris*.

Eodem anno, Quidam Prisiones noctanter evaserunt extra *Turrim Londoniæ* usque ad Ecclesiam *Sancti Pauli*; et ab ipsa Ecclesia violenter extracti sunt extra Cimiterium decollati, unde Unus eorum fuit coram Crucifixo vulneratus; propter quod tota Civitas *Londoniensis* est per Episcopum Interdicta.

Mulier quædam de *Sancto Egidio* in *Dunstable* obiit, et apud *Fratres Prædicatores* est sepulta. Corpus ejus apud Ecclesiam Nostram primitus est delatum: Celebravimus Missam, et habimus Oblationem et Octo Cereos: unde Sacrifa dedit Fratribus duos Cereos, Monialibus duos, et retinuit totum Residuum.

Frater *Philippus de Merstone*, de Ordine Minorum, obiit infra Septa Nostra: et quia specialis Noster fuit, & Lector in Ordine suo, in Clauso Nostro decentissime est humatus.

---

i Sic *Apogr. IV. Forte*, habuimus.

MCCLXXXII.

*Thomas, Herefordensis* Episcopus, θ in redeundo à Curia Domni Papæ : et Magister *Ricardus Smynefeld* successit Ei in Episcopatu.

Magister *Ricardus de Bradewelle*, Archidiaconus *Bedefordiæ*, Juris Professor, et Officialis *Lincolniensis*, θ Mense *Octobri*; et successit Ei in Archidiaconatu & Officialitate *Lincolniensi* Magister *Johannes Hoke*.

Eodem anno, quarto-decimo *Kalendas Decembris*, in plena Curia Prioris, à Burgensibus est concessum, quod Prior includat & clausam habeat Venellam illam, quæ *Gruntelane* vocabatur: Et Prior fecit ibi Murum. Sed quidam de Vico de *Suth* murum concito prostraverunt. Postea, dicti Malefactores Pacem fecerunt cum Priore; et Prior fecit Eis aliam Viam juxta Domum *Stephani de Stabulo* in Latitudine <sup>Cowthip</sup> Septem Pedum, præsentem Villatam.

† Quondam Canonicus de *Bystemade* Cultro proprio se castravit; et Ipso Die mortuus est de Plaga. <sup>† D. fol. 58, 6.</sup>

Emimus unam Acram Terræ apud *Wokelesmore*, de *Willelmo* filio *Willelmi*: et est de Feudo Nostro, et intra Terram Nostram.

*Milesencia de Muthaue* inspexit Confirmationem.

---

1 Sic *Apogr. W.* Forte, quidam.

MCCLXXXII.

nem, quam habemus à *Georgio* Fratre suo, de Terra *Johannis de Eltesdone* in *Toterho*; et Ipsa ratificavit Ipsam Confirmationem.

Eodem anno, Mense *Octobris*, solvimus *Johanni de Cheny*, Vice-comiti *Bedefordie*, Tres Libras pro pluribus Defaltis de Itinere *Magistri de Seytone*; unde fecit Nobis Talliam.

Item, *Willelmus Bithoke*, Clericus dicti *Johannis* Vice-Comitis, solvit Nomine Nostro apud *Saloppnam* ad Scaccarium, duas Marcas pro Auro *Reginæ*, pro Fine Viginti Marcarum facto cum *Johanne de Londonia* tempore Vacationis, tunc Eschaetore citra *Trentam*.

Item, dictus *Willelmus* solvit pro Nobis tunc ibidem Viginti Solidos pro pluribus defaltis de *Judaismo*; et habuit Talliam.

Item, solvit ibidem pro Nobis unam Marcam pro defaltis de *Judaismo*; et habuit similiter Talliam separatam. Has duas Tallias de *Judaismo* tradidit Prior dicto *Willelmo* Clerico, ut in primo Compoto suo, ad Scaccarium eas faceret allocari.

Eodem anno, Die *Sancti Petri in Cathedra*, Concessimus & Dedimus *Willelmo atte-Ho* et *Alexandrae* Uxori suæ quædam Conredia in Pane, Cervisia, et aliis, quæ in Eorum Carta continentur. Et recepimus propter hæc ab eisdem *Quadragesima-quinque* Marcas, pro Necessitate Maxima Domûs Nostræ. Eo-

MCCLXXXII.

Eodem anno, *Wallenses* contra Dominum suum Regem *Angliæ* iterum rebellabant; pro eo præcipue, quia Dominus Rex statuerat in eorum Finibus Leges & Consuetudines *Anglicanas*; et præceperat, quod sequerentur Comitatus & *Hundreda*. Item, pro eo quod Justitiarius *Cestriæ* aliquos de Hominibus *David*, Fratris Principis *Walliæ*, suspendi fecerat, *Wallensium* contra morem. Item, pro eo quod, de Præcepto Domini Regis, succisus esset Boscus dicti *David*, ad faciendum ibidem transeuntibus Viam tutam, Latrocinantium ob insultum.

*Leulinus* Princeps *Walliæ* & *David* frater suus occasione prædictorum Gravaminum, de multis Contentionibus et etiam Inimicitiiis inter Eos motis, amici ad invicem sunt effecti: ita, quod contra Dominum Regem, pro suis Legibus simul starent. Tunc dictus *David*, Dominica *Palmarum*, cum Multitudine Armatorum, *Rogerum de Clifford*, Baronem Domini Regis in *Marchia*, in Lecto suo cepit: *Fulconem Trigald* cognatum ipsius *Rogeri*, et alios de Ejus Familia occidit; et ipsum *Rogerum*, graviter Vulneratum, Captivum abduxit. *Wallenses* autem ceteri, qui similiter contra Regem *Angliæ* conspiraverant, adjacentes sibi, et suis locis Terras Domini Regis Incendio tradiderunt, singulos et eorum Bona miserrime devastantes. *Leulinus* vero et *David*



MCCLXXXII.

Frater Ejus duo Castra Domini Regis, videlicet de *ſlynta*, et de *Kothelan*, cum infinito Populo obsederunt. Quod cum audisset Rex, vix potuit credere; quia non modicum de ipsis *Wallensibus* confidebat. Misit tamen ibi festinanter ex suis Fidelibus Gentem copiosam, per quam statim dicta Obsidio est amota; et Homines Domini Regis et Terræ eorum ab Hostibus sunt defensæ, donec Rex ad Partes illas personaliter adveniret.

Et in Festo *Nativitatis Sancti Johannis Baptiste*, Dominus Rex cum Magnatibus Regni sui Fines *Walliæ* iterum est ingressus. Cumque<sup>1</sup> diffusum esset Exercitum Domini Regis per Loca; facta est de *Wallensibus* strages magna. Bona eorum, quæ<sup>2</sup> præda reliquerat, Incendio vastabantur. Et quamvis multum offenderetur Rex, venientes nihilominus ad Pacem *Walenses* curialiter admisit: ceteri vero in stultitia sua perdurantes, Gentem Domini Regis sine Misericordia, per Insidias peremerunt: nunquam tamen Bellum Publicum sunt aggressi. *Willelmum de*<sup>3</sup> *Walencia*, Junio rem filium patris Domini Regis, et plures cum Eo Nobiles occiderunt: pro-

<sup>1</sup> F. diffusus esset Exercitus. <sup>2</sup> Sic *Apogr. W.* ac si vox corrupta esset. At recte se habet, nisi prædatio malis. <sup>3</sup> Vel, Valencia.

MCCLXXXII.

pter quod, *Angli* Nostri, ex tunc, *Wallenses* et eorum finitima acriùs debellabant.

Interim, Dominus *Lucas de Thany*, cui Rex commiserat Custodiam de <sup>1</sup>*Angletheye*, cum grandi Comitatu Pontem transivit, <sup>2</sup> quam Rex ultra Flumen de *Meny* ibidem fecerat per transversum Navium plurimarum; et ad videndum quoddam Fossatum, quod *Wallenses* foderant, *Walliæ* limites introivit. Cumque pauci de *Wallensibus* juxta latitantes acclamassent dictum *Lucam* et Suos, mox in fugam versi, voluerunt per Pontem regredi sicut prius: sed impediendo flumine non valebant. Propter quod, intrantes quasdam Naviculas, et illas supra modum onerantes, in ipso flumine sunt submersi. Et mortui sunt ibidem, Ipse *Lucas*, *Rogerus de Clifford Junior*, et alii tredecim Milites cum eisdem; ~~Pages~~

Valecti Nobiles, Septendecim; et de Peditibus, ut dicitur, circiter ducenti Homines.

Post hæc, *Leulinus*, Princeps *Walliæ*, secure descendit de *Snoudone* in Terris, quæ fuerunt *Rogeri de Mortimer*, ad capiendum Homagium Hominum illorum; sicut per filios dicti *Rogeri* fraudulenter fuerat evocatus. Et cum venisset prope quandam Abbatiam, quæ vocatur *Cunhyr*, irruerunt in illum repente post Solis

1 Sic. 2 F. quem.

## MCCLXXXII.

occafum, hii, qui erant per Regem in Munitio-  
nibus de **Munt-gumery** et de **Blanc-mu-**  
† D. fol. 59. **sto**, habentes secum † omnes Potentes de illa  
**Marcia**: et occiderunt ibi Principem **Leulinum**;  
et miserunt Caput ejus ad Regem apud **Rothe-**  
**lane**, quod postea **Londonias** est delatum, et  
positum supra **Turrim** ad spectaculum populo-  
rum. Occisi etiam erant cum Principe, Tres ex  
Magnatibus suis; et ad Duo Milia Peditum;  
Equitum vero pauci. Et contigit hæc Victoria  
anno Regni Regis **Edwardi** undecimo, Decimo  
die **Decembris**.

Mortuo **Leulino** Principe, **David**, Frater Ejus,  
cum Multitudine magna **Wallensum** adhuc Do-  
mino Regi resistebat; sed Exercitus Domini  
Regis ipsum in **Snoudone** persequabatur, et  
agebatur ipse **David** vagus & profugus cum suis  
in Montibus et Mariscis; et decrevit † suis exer-  
citus omni die. Et Dominus Rex omnia Castra,  
omnesque Munitiones de **Snoudone** et de tota  
**Wallia** sibi facillime subjugavit. Accepit quoque  
Rex ex Nobilioribus **Wallie** Obsides innumeros,  
et per partes **Angliae** destinavit. **Resum** filium  
**Walvani**, qui cum Domino Rege steterat, et ab  
Eo ad dictum **David** confugerat, cepit Rex; et  
in **Turri Londonia** incarceravit. Tunc multi

MCCLXXXII.

Nobiles de *Wallenfibus* ad Pacem Regis venerunt; et qui nolebant, fame & inedia miserabiliter sunt consumpti; et, juxta Prophetiam *Merlini*, facta est magna Regni Desolatio, velut si flumina Sanguine manarent.

Et die *Sancti Albani* proximo subsequenti, prædictus *David* in quadam Nocte latitans cum paucis, captus est per Proditionem cujusdam ex suis, et Ferro vinctus tutissime servabatur usque ad sequens Festum *Sancti Michaëlis*. Uxor etiam sua similiter capta est et salvo custodita. In prædicto Festo *Sancti Michaëlis*, dictus *David* per totum <sup>1</sup> *Barnagium Angliæ* Quatuor Judicia suscepit, in hunc modum.

1. Quia Proditor fuit Domini Regis, qui Eum Militem fecerat: Tractus est Equis, lento passu, ad Locum Suspendii.

2. Quia Homicidium fecerat *Fulconis Trigald*, et aliorum Nobilium *Angliæ*: suspensus est Vivus.

3. Quia illud fecit tempore *Dominicæ Passionis*; propter Blasphemiam: Viscera ejus incendio sunt cremata.

4. Quia in pluribus locis *Angliæ* Mortem Domini Regis fuerat Machinatus: Membratim est

---

<sup>1</sup> *Vel, Baronagium.*

MCCLXXXII.

partitus, et per climata *Angliæ* ad Terrorem malignantium destinatus.

Caput autem ejus in *Turri Londoniæ* super palum altissimum est affixum, versus Mare. Et hoc similiter factum est anno Undecimo prædicti Domini Regis *Edwardi* durante.

Eodem anno, Dominus Rex pro Guerra sua quam habuit in *Wallia*, petiit auxilium à Viris Religiosis & ab omnibus Mercatoribus Regni sui. Gratiam illam tantummodo nomine mutui postulavit: et tunc habuit à Nobis Quadraginta Solidos; à *Villata* Quindecim Libras Decem Solidos; à *Johanne Duraunt* Viginti Libras; à *Stephano Aungew* Decem Marcas.

Eodem anno, in æstate, fecimus Novum Cumulum de *Pistrino* cum appendiciis: et parum ante, Murum de *Braferia*. Item fecimus Novum Cumulum de *Cancello* de *Huseburne* de *Merrenno* ad hoc dudum parato.

MCCLXXXIII.

Anno Gratiae 1283, *Dominica Palmarum*, *Oliverus*, *Lincolniensis* Episcopus, Magnam Missam celebravit, Processioni Nostræ interfuit, et optime prædicavit. Non tamen *Causa Visitationis* ad Nos venit, sed solummodo transeundo.

Eodem anno, statim post *Pascha*, Bona omnium

---

x *Vel Meremio.*

MCCLXXXIII.

eorum, qui habebant ultra Dimidiam Marcam in Catallis, per Duodecim Juratos de Visneto suo taxabantur, pro Tricesima Domino Regi concessa. Et tunc Bona nostra extra Burgum, cum aliis, sunt taxata : et Bona infra Curiam per Burgenses ; at tamen moderate. Postea Taxatio prædicta revocata fuit per Breve Domini Regis quoad Viros Religiosos, et quoad Mercatores, qui aliàs Dominum Regem nomine mutui adjuvarunt ad Guerram contra *Wallenses*.

Eisdem anno & tempore, Nomine Domini Regis petita est à Clero Decima de omnibus proventibus Ecclesiasticis per Triennium ; similiter in Subsidium Guerræ suæ contra *Walliam*. Archiepiscopus *Cantuariensis* habuit super hoc Tractatum *Londoniæ* cum Co-Episcopis suis, Prælatibus omnibus, atque Clero. Ubi à Procuratoribus totius Cleri fuit manifeste Contributioni hujusmodi contradicendum.

Articuli contra contributionem ' Domini  
Regis.

“ Quia propter Fructuum Diminutionem, Mo-  
“ netæ *Anglicanæ* jam factum Excambium, re-  
“ pentinam deperditionem Animalium, Colle-  
“ ctarum solutiones diversarum tam Ipsi Domi-

“no Regi, quam in *Terræ-Sanctæ* subsidium, ad-  
 “eo apporiatum Ecclesia, quod Proventus Eccle-  
 “siastici non sufficiunt ad Onera ejus Ordinaria  
 “supportandum, et ad quotidiana stipendia Mi-  
 “nistrorum. Immo, in pluribus Locis (quod do-  
 “lenter dicimus) minuitur Ministrorum Nume-  
 “rus, in <sup>1</sup>imensum.

“Quia de Quinta-decima, Domino Regi nu-  
 “per concessa ab Ecclesia, unus Terminus et  
 “unus Annus adhuc remanent non soluti. Nec  
 “debet Regiam Majestatem, ipsa durante, aliud  
 “subsidium postulare; maxime, cum Ei, in ma-  
 “xima pecuniæ <sup>par?</sup> <sup>?</sup> . . . simonia, ab omnibus Præ-  
 “latis *Angliæ* singillatim, ante dies paucissimos  
 “sit prospectum.

“Quia Remedium et Levamen, quod Domi-  
 “nus Rex Clero promiserat super quibusdam  
 “suis gravaminibus, nondum venerat ad Effe-  
 “ctum; præcipue super Regiis Prohibitionibus:  
 “per quas Libertas Ecclesiastica sub Ipso Rege  
 “primo cœperat ancillari, prætextu etiam ea-  
 “rundem † sic humiliatur Mater Ecclesia, quod  
 “in Filiis suis vix sit aliquis, qui istis temporibus  
 “timeat Claves ejus.

“Quia Causa, propter quam hujusmodi peti-

† D. fol. 59,  
b.

---

1 Sic. 2 Sic *Apogr. W.* Parsimonia legend. esse nullus du-  
bito.

MCCLXXXIII.

“tur Auxilium, est Sævitia seu Vindicta Sanguinis *Cristianorum*, quod Clericis est expressiùs Interdictum; præsertim propter Irregularitatis maculam, quam inducit.

“Item, Quia speratur à Domno Papa Novæ Præstationis seu Contributionis Jugum imponi Ecclesiæ *Anglicanæ*. Quia Ecclesia *Romana*, à tempore cujus non extat memoria, tantis non fuit exposita periculis & Oppressionibus, ut est modo. Propter quod, ad Novam Tributi concessionem Domino Regi faciendam, Ecclesiam nostram seu Nos obligare, seu quicquam promittere, non audemus; nisi prius super hoc Summus Pontifex consulatur.

“Veruntamen, si Casus emerferit, in quo Clericis de Bonis Ecclesiasticis conferre seu contribuere liceret: ut putà, si Princeps esset Obfessus, Incarceratus, seu aliter ab Hostibus detentus, quod absit: vel ubi Archiepiscopus vel Clerus tantam inpresserint Necessitatem vel Utilitatem, quod ad relevandam Necessitatem, Communes facultates non sufficerent, vel alia, ubi sine Periculo & Scrupulo Conscientiæ Subsidia providerint ab Ecclesiis conferenda, manus Domino Nostro Regi porrigemus liberaliter adjutrices; de Consilio tamen

---

i F. aliàs.

P p p 2

“Sum-



MCCLXXXIII.

“Summi Pontificis, cujus interest Communibus  
“Utilitatibus providere”.

Eodem anno, fecimus Horologium, quod est  
supra Pulpitum collocatum.

Eodem anno, De Parochianis nostris in **Dun-**  
**staple** Terram habentibus in **Houctone**, et non  
habentibus, Nullus in Pastura Villæ de **Houctone**  
cum Averiiis suis potuit communare; nisi cuba-  
rent ipsa Averia super Feudum de **Houctone**.  
Tunc quidam ex ipsis Parochianis de **Dunstaple**  
locaverunt sibi in **Houctone** Bercarias; ibique  
Oves Agnos ediderunt. Quidam vero alii Oves  
suas apud **Lymburi** abduxerunt, ubi ipsæ Oves  
Agnos similiter ediderunt. Et perdidimus ipso  
anno Decimam Agnorum, Lactis, et Lanæ O-  
vium prædictarum. Et dicitur, quod *Walterus*,  
Vicarius de **Houctone**, totum illud Impedimen-  
tum versus Dominam de **Cytone** procuravit  
fraudulenter, occasione percipiendi Decimas me-  
moratas.

Eodem anno, mulier quædam de **Dunstaple**  
de Agnis editis infra **Dunstaple** Decimum A-  
gnum apud **Houctone** sponte dedit. Sed Sacri-  
sta hoc comperto compulit Eam restituere Ec-  
clesiæ de **Dunstaple** Agnum meliorem, et ad lar-  
gas Emendas, pro delicto.

Eodem anno, *undecimo Kalendas Julii*, longa  
Controversia inter Nos et Abbatem <sup>1</sup> de Con-

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W. Forte*, et.

MCCLXXXIII.

ventum de *Derleya*, super quibusdam Decimis in *Becco*, coram diversis Judicibus ventilata; et demum ad Examen Decani *Sanctæ Mariæ de Arcubus Londoniæ* per Appellationem devoluta: post varias altercationes et Judiciorum anfractus, de Assensu Procuratorum Nostrorum et eorundem Religiosorum, dicto Decano ordinante, diffiniente, pronuntiante, amicabiliter sic quievit, Videlicet, Quod dictæ Decimæ in Libello petitæ penes prædictos Abbatem & Conventum perpetuo remaneant pacifice & quiete. Ita quidem, quod dicti Abbas & Conventus solvant pro Decimis prænotatis, annis singulis in perpetuum, dictis Priori & Conventui, vel eorum Attornato, in Ecclesia Eorum de *Bradeburne* sedecim Solidos, ad duos terminos Anni, &c. sub poena Majoris Excommunicationis, quas ex tunc in personas Abbatis, Prioris, Supprioris, Præcentoris, Celerarii, et Sacristæ, ejusdem Monasterii de *Derleya*, quas dictus Decanus de *Arcubus* contulit et in Scriptis; quoties in Solutione dictorum Sedecim Solidorum in tota vel in parte cessaverint quoquomodo. Et factum est super hæc inter Nos publicum Instrumentum; in quo et coërtiones aliæ continentur.

Eodem anno, die *Pentecostes* admisimus in

---

1 F. quam.

## MCCLXXXIII.

Canonicum Fratrem *Rogerus de Kylpsham*, ad Præsentationem *Milesentæ de Muchaut*, Dominae de *Cytone*, secundum Formam Cyrographi, inter Nos & Progenitores Ipsi<sup>us</sup> *Milesentæ* confecti.

Eodem anno, obiit *Michaël* Prior de *Neuham*, et *Johannes de Bedeforde*, Canonicus dictæ Domus, successit Ei, Mense *Julio*.

Eisdem anno & Tempore, vendidimus *Willelmum Pyke*, Nativum Nostrum, cum sequela sua; et recepimus unam Marcam ab Emptore.

Eodem anno, quidam ex fervientibus <sup>2</sup> *Johannes Duraunt* Junioris de *Dunstaple* sponte se præcipitavit in puteo ipsius *Johannis*, et mortuus est. Et postquam visus est à Coronatoribus, projectus est in fovea extra Villam: sed *Hospitalarii* eum inde extraxerunt, et in Cimiterio condiderunt.

Eodem anno, *David*, germanus *Leulini*, Principis *Walliæ*, captus est per Gentem Domini Regis; videlicet vicesimo primo die *Junii*; Et filius suus legitimus captus est cum Eo. Et inprisonatus est de mandato Domini Regis. Multi vero ex fautoribus Ejus venerunt ad Pacem; et postea Dominus Rex de tota Provincia *Walliæ* ad placitum suum ordinavit sine Contradictione

---

1 Sic. 2 Sic *Apogr. W.* pro *Johannis*.

MCCLXXXIII.

qualicumque. Uxor etiam ipsius *David*, quæ fuit filia Comitis de *Ferares*, aliàs capta est et inprisonata. (De hoc plus ex altera parte folii.)

Eisdem anno et tempore,  $\theta$  Episcopus *Koffensis*, Monachus; et Successit Ei in Episcopatu Magister *Thomas* de Ingelþorp, tunc Decanus *Sancti-Pauli Londoniæ*.

Item Episcopus *Dunelmensis* Ecclesiæ obiit, qui fuit Monachus; et successit ei *Antonius Bech*, qui fuit Clericus Domini Regis tunc nominatissimus.

† Eodem anno, die *Decollationis Sancti Johannis Baptistæ*, facta est lucta apud *Hot-clive* coram Hospitali; ubi interfuerunt plures de Familia Nostra: terminata vero lucta illa fere, quod, omnibus discedentibus, occisus est ibidem

*Bul*  
cum Securi quadam, *Johannes Faber* noster. Ex parte autem Domini *Willelmi de Munt-chenesy*, qui tunc habuit Wardam Heredis *Johannis Malherbe*, occisus est *Simon Mustard*, Ribaldus valde ferox. Et præsentatum est per quatuor Villatas coram Coronatore, et etiam in pleno Comitatu, quod mutuo se occiderunt, et sic Familia Nostra est salvata; ita quod Nullus eorum de hoc fuerat appellatus.

Eodem anno, in Festo *Omnium Sanctorum* Magister *Walterus de Ludesford*, principalis Executor

tor Magistri *Petri de Radenbore*, perdonavit Nobis omnem pecuniam, in qua dicto Magistro *Petro* quocunque titulo à mundi <sup>1</sup> Origene tenebamur.

Eisdem anno & tempore, vendidimus *Johanni de Ludeforde* quædam Conredia <sup>2</sup> suo perpetuo, pro Viginti-quinque Marcis.

Eisdem anno & tempore, concessit Clerus *Anglicanæ* Ecclesiæ Domino Regi Vicefimam Spiritualium Obventionum, secundum Taxationem <sup>3</sup> *Northwicensis* Episcopi, per triennium duraturam.

Eisdem anno & tempore, fecimus Salam apud *Neubothle*: ad quod, Camerarius Noster reperit omnes sumptus: salva tamen singulis Fratibus Camera tunc in ea.

Eodem anno, in æstate præcedenti expendimus in Emptione Bladi apud *Dffele*, viginti Libras. Item, apud *Suthlingdone* et alibi per partes, usque ad amuntiam Viginti Librarum. Item, Obligavimus Nos & posteros Nostros, per Cartam de Capitulo, ad faciendum pro dicto Magistro *Petro* quasdam specialitates in Nostro Martilogio annotatas; quas Prædecessores Nostri eidem diu antea concefferunt.

Eodem tempore, Scaccarium Domini Regis,

---

<sup>1</sup> Sic. <sup>2</sup> F. sub, vel sibi. <sup>3</sup> Vide supra, sub an. 1273.

MCCLXXXIII.

et Bancum de *Saloppesbury* rediit *Londoniam* apud *Westmonasterium*.

Eodem anno, in *Craftino-Animarum*, Summonitus est Prior & Frater *Michaël de Pecco*, et Frater *Johannes de Hallingges*, et quidam alii de Familia Nostra apud *Kohestot* per Breve de *Transgressione*, ad Respondendum *Londoniæ*, *David de Flitterwic*, super eo, quod noctanter piscati sunt Fossata & Vivaria ipsius *David*, contra Pacem, ut dicit.

Eodem tempore, per Universalem Ecclesiam, de mandato Papæ *Martini*, Excommunicatus est Rex *Castellæ*; pro eo quod ejecit *Karolum*, Regem *Siciliæ*, à Regno, et occupavit Regnum illud, et alias Terras ad *Romanam* Ecclesiam pertinentes, contra Voluntatem prædicti Domni Papæ.

Eodem anno, fecimus Inrotulari in Rotulo de Finibus, de anno Regni Regis *Edwardi* undecimo. "Concessum est Priori de *Dunstaple*, "quod de Centum Solidis, quos Regi debet pro  
"Evasione *Johannis le Peynur*; et de Quadra-  
"ginta-sex Solidis, Octo Denariis, quos Regi  
"debet de Arreragio Quintæ-Decimæ; et de  
"una Marca, quam Regi debet pro habendo  
"Brevi; et de Viginti Solidis, quos Regi debet  
"pro Transgressione: Solvat Regi per annum

MCCLXXXIII.

“Sexaginta Solidos. Videlicet, unam Medietatem in Festo *Sancti Michaëlis*, et alteram Medietatem in Festo *Paschæ*”. Intratum fuit à die *Sancti Michaëlis* in unum Mensẽm, anno supradicto: et super hoc, habuimus Breve de Scaccario Domini Regis ad *Radulfum de Goldintone*, tunc Vicecomitem *Bedefordiæ*, in hæc Verba. “*Edwardus*, Dei Gratia, &c. Scias, quod Concessimus Priori, de *Dunstaple*, quod reddat Nobis ad Scaccarium Nostrum Centum Solidos, quos Nobis debet pro Evasione *Johannis le*  
<sup>v?</sup>  
*Peynur*; et Quadraginta-sex solidos, quos Nobis debet pro Arreragio Quintæ-decimæ; et unam Marcam, quam Nobis debet pro habendo Brevi; et . . . . . nobis debet pro transgressione, ad Terminos \* . . . . . dimus. Et ideo tibi præcipimus, quod Ipsum  
<sup>\* Priorem</sup>  
. . . . . non distringas, donec aliud tibi præcipimus \* . . . . . veria sua, si quæ ceperes, Concessionibus prædictis \* . . . . .  
<sup>sta</sup>  
. tim deliberes. Teste *P. de Cestre* apud *Westmonasterium* \* . . . . . octavo die *Decembris*, anno Regni Nostri undecimo”. per Rotulum de Finibus.

\* hic particula membranz excinditur.

\* viginti solidos, quos

I Sic Apogr. W. F. ceperis.

Item

MCCLXXXIII.

Item habuimus Brevia de Cancellaria ad prædictum Vice-comitem, sic. “*Edwardus, Dei Gratia,* Vice-comiti *Bedfordiæ* Salutem. Scias, “quod Prior de *Dunstaple* servat Terminos suos “ad Scaccarium Nostrum de Centum Solidis, “quos Nobis debet pro Evasione *Johannis Le*  
 “*Peynur* ; et de <sup>v</sup> Sexaginta-sex Solidis, quos No-  
 “bis debet de Arreragiis Quintæ-decimæ ; et  
 “de una Marca, quam Nobis debet pro Brevis ;  
 “et de Viginti Solidis, quos Nobis debet pro  
 “Transgressione. Et ideo tibi præcipimus, quod  
 “Ipsam inde non distringas, donec, &c. et Ave-  
 “ria sua, &c. Teste *R. de Northwude* apud  
 “*Westmonasterium* vicesimo-octavo die *Octo-*  
 “*bris*, anno Regni Nostri Duodecimo”. Per  
 Rotulum de Finibus & Talliis de Scaccario.

“*Edwardus, Dei Gratia, &c.* Quia dilectus  
 “Nobis Prior de *Dunstaple* clamat habere omnia  
 “Amerciamenta Hominum suorum de Terris  
 “Ecclesiæ suæ de *Dunstaple*, ubicunque fuerint  
 “in Curia Nostra amerciati, per Cartas Proge-  
 “nitorum Nostrorum Regum *Angliæ*, quas inde  
 “habet, ut dicit: Tibi præcipimus, quod deman-  
 “dam, quam de hujusmodi Amerciamenti per  
 “Summonitionem Scaccarii Nostri facis eidem  
 “Priori & Hominibus suis de Terris suis prædi-

<sup>1</sup> Adde, &c. <sup>2</sup> At paullo superius, Quadraginta-sex.



MCCLXXXIII.

“ctis, ad Opus Nostrum, ponas in Respectum,  
 “usque ad Parleamentum Nostrum post Festum  
 “*Paschæ* proximo futurum: ut tunc inde fieri  
 “faciamus, quod de Jure fuerit faciendum. Te-  
 “ste Meipso apud *Actone, Burnelle* vicesimo-  
 “quarto die *Octobris*, anno Regni Nostri unde-  
 “cimo”.

“*Edwardus*, Dei Gratia, &c. Quia dilectus  
 “Nobis in *Cristo* Prior de *Dunstaple* clamat ha-  
 “bere Catalla fugitivorum & damnatorum in  
 “Terris suis, et omnia Amerciamenta Hominum  
 “suorum: et similiter Quittantiam de Murdro,  
 “<sup>1</sup> Vasto, factis in Terris suis, per Cartas Proge-  
 “nitorum Nostrorum Regum *Angliæ*, quas inde  
 “habet, ut dicit; Tibi præcipimus, quod De-  
 “mandam, quam Eidem Priori facis per <sup>2</sup> Sum-  
 “monitionem Scaccarii de Catallis hujusmodi, et

† D. fol. 6c, b. “<sup>3</sup> amerciamenta Hominum suorum †, et simili-  
 “ter de Murdo & Vasto prædictis, <sup>4</sup> ponas in  
 “Respectum, usque ad Parleamentum Nostrum  
 “post Festum *Paschæ* proximo futurum; ut tunc  
 “inde fieri faciamus, quod de Jure fuerit facien-  
 “dum. Teste”, ut supra.

Eodem anno, in Festo *Sancti Martini*, solvi-  
 mus *Radulfo de Goldintone*, Vice-comiti *Bedes-*

1 F. et Vasto. 2 Sic *Apogr. W.* Sed lectio recte se habet.  
 3 F. amerciamentis 4 Sic *Apogr. W.* Forte, ponas.

MCCLXXXIII.

fordiæ, Tricesimam Temporalium Noſtrorum pro Expeditione Domini Regis in *Wallia*. Quæ quidem Solutio ponebatur in Reſpectum pro Gratia, quam Domino Regi fecimus ad Inſtantiam *Johannis de Kyrkeby*: ſcilicet Gratia, quam tunc ſolvimus in iſta Solutione, Nobis ceſſit pro Soluto. Similiter Burgenſes Noſtri, qui Gratiam fecerant, per eandem Viam tranſierunt.

Eodem anno, Mense *Januario*, *Nicholaus Baſſe* de *Benestworthe* ſuſpenſus eſt pro Felonia. Ipſo quoque adhuc detento in Priſona, incidimus ſolo tenens quaſdam ſpinas, quæ Terram ſuam, & Terram, quam habemus ex Dono *Thomæ Inge* apud *Sortegrabe*, dividebant: propter quod,

inter Nos et D. . . . . de *Cadendone* Materia

<sup>o</sup> ominum?

Placiti eſt ſuborta . . . . . inter dictum Dominum

<sup>o</sup> Tandem?

et Nos amicabiliter<sup>1</sup> ſit con . . . . . ſpi-

<sup>o</sup> clatum? ſcilicet, quod?

næ illæ, cum recreverint, et aliæ ſpinæ . . . . os

<sup>inter N</sup>

<sup>2</sup> et *Galfridus Amite* in poſterum remaneant . . . .

<sup>o</sup> ſicut di-

<sup>vi</sup> ſa inter Duos Comitatus. Et quod tantum

medio . . . . re capiamus, quoties fuerint inciden-

<sup>o</sup> Itine?

dæ. Item, conce . . . . eſt, quod Terræ prædi-

<sup>ſſum?</sup>

<sup>1</sup> F. ſic. <sup>2</sup> F. Galfridum.

MCCLXXXIII.

ctorum *Nicholai* et *Galfridi* propius dictis spinis, de cetero non arentur, quam die hujus Concessionis extiterunt. Item, Concessum est, quod Vetus Haicia cum Fossato inter Culturam Nostram & *Henestworthe* sine Calumnia ita remaneat in futurum.

Quod Prior Noster comedit in Villa, contra Morem Nostrum.

Eodem anno, die *Sanctorum Vedasti et Amandi*, *Johannes Duraunt de Dunstaple* fecit Convivium Magnum in *Dunstaple* prædicto Domino de *Cadendone*, et quibusdam Magnis Personis de *Visneto*, ubi interfuit Prior Noster, contra Consuetudines in Nostro Monasterio approbatas. Sed Prior fuit excusabilis in hoc facto, quia dicto *Johanni* in Magna Pecunia tenebatur; ideoque ipsum offendere non audebat.

i. e. Barones

Scaccarium Domini Regis à *Saloppesbury* rediit *Londoniis* in festo *Sancti Michaëlis* præcedenti.

Eodem anno, in *Craftino Sancti Hillarii Robertus Fuke* et *Walterus de Wimunddesham*, *Justiciarii* Domini Regis ad Brevia specialia Placitanda, federunt apud *Dunstaple*. Coram quibus inplacitati fuimus per *Aagnetem* filiam *Willelmi Burchard* et *Aliciam* Sororem ejus, per Breve de

MCCLXXXIII.

*Morte-Antecessoris*, de uno Mesuagio et Decem Acris Terræ, et tribus Rodis Terræ & dimidia; tribus Rodis Prati et dimidia, cum pertinentiis in *Cberesholth*. Item, per idem Breve, dictæ *Agnes* et *Alicia* implacitarunt *Simonem Wymund*, qui tres Rodas Terræ inde tenuit. Item, *Radulfum Philip*, qui unam Rodam Terræ inde tenuit. Item, *Ricardum de la Forde*, qui unam Rodam Terræ inde tenuit. Item, *Ricardum Philip*, qui unam Rodam Terræ et dimidiam inde tenuit. Et prædicti Prior, *Simon*, *Radulfus*, *Ricardus*, et *Ricardus*, obtulerunt se versus dictas *Agnetem* et *Aliciam*. Et prædictæ *Agnes* & *Alicia* subtraxerunt se à prosequendo; supponentes se totaliter in hac parte, Gratia Domni Prioris, sub hac forma: videlicet, Quod Prior inquireret per Curiam suam apud *Segeho* de Jure earundem; et secundum hoc faceret Eis plus vel minus. Et sciendum, quod per Curiam Prioris nihil poterunt dictæ Mulieres asportare; eo quod, *Burchardus*, proavus earundem, recognovit, se esse Villanum dicti Prioris de dicto Tenemento, coram Justiciariis Itinerantibus apud *Bedeforde*, anno Regni Regis *Henrici*, Filii Regis *Johannis*, Tertio; ut patet in Cyrographo ibidem levato inter *Feliciam* Uxorem *Arnoldi* le

MCCLXXXIII.

*Blottere* Petentem, et *Ricardum* Priorem Defendentem, de dimidia Virgata Terræ & Quinque Acris in *Evers-holth*, &c. Et sciendum, quod Nihil fuit de hoc Inrotulatum in Rotulis dictorum Justiciariorum *Roberti Fuke & Walteri*, eo quod haberet Prior Breve Originale pro nihilo, ex Dono eorundem. Item, fuit Data illius Brevis, anno Regni Regis *Edwardi* Decimo, vicesimo-octavo die *Martii*. Et anno ejusdem Regis *Edwardi* Duodecimo, dictæ Mulieres cessarunt à prosequendo.

Eodem tempore, fecimus vocari coram Domino Episcopo *Lincolniensi* Sex Vicarios Nostros in Archidiaconatu *Bedefordie*; pro eo quod volebant Nobiscum contribuere Quintam-Decimam Domino Regi per Triennium concessam, pro Rata Portionis Eorum Vicarias <sup>1</sup> contingentes. Sed quatuor ex ipsis Vicariis accepta, de Solvendo, Monitione Domni Episcopi, mox satisfecerunt Nobis sine difficultate. De *Segenbo* et *Husseburne* Ecclesiarum Vicarii se reddebant Difficiles in hac parte; contra quos, processimus coram Domino Episcopo, sic, “Actum in Præbendali Ecclesia *Sanctæ Mariæ* de *Stowe* in *Crastino Sanctæ Agnetis* Virginis, Anno Domini 1283, coram Nobis *O(livero)* Permissione

---

<sup>1</sup> F. contingentis.

MCCLXXXIII.

“Divina **Lincolniensi** Episcopo, in **Causa**, quæ  
“vertitur inter **Religiosos Viros . . Priorem &**  
“**Conventum de Dunstaplia** Actores, per Ma-  
“gistrum *Radulfum de Luffenham* Clericum, Pro-  
“curatorem suum Legitimum, comparentes, ex  
“parte **Una** : et **Vicarios de Segenbo et Hulle-**  
“**burne** Reos, nullo modo comparentes, ex al-  
“tera ; Videlicet, Cum constaret per Certifica-  
“toria Decanorum de **Dunstaple** et de **flitta**,  
“dictos **Vicarios** ad dictum Diem legitime fuisse  
“vocatos ; Ipsos non comparentes, exigente Ju-  
“stitia, reputavimus contumaces, Poenam sibi  
“pro **Contumacia pro Loco & Tempore** infli-  
“gendam Nobis reservantes: Decernentes, eos-  
“dem iteratò peremptorie fore citandos, quod • D. fol. 6r.  
“Die **Lunæ** in prima **Septimana Quadragesimæ**  
“proxime futura, compareant coram Nobis, ubi-  
“cunque tunc fuerimus in **Nostri** Diocesi ; præ-  
“fatis **Religiosis** super hiis, quæ contra Eos du-  
“xerint proponenda, Responsuros, et ulterius  
“facturi quod **Justitia** suadebit. Quem diem  
“ubicunque fuerimus in **Nostri** Diocesi, præfato  
“**Procuratori** **Nomine** **Dominorum** suorum, et  
“**Dominis** suis in **Persona** ejusdem, ad facien-  
“dum quod **justum** fuerit, in dicta **Causa** præfi-  
“gimus et assignamus”. Tandem in **Capitulo**  
de **flitta**, eodem anno, tertia **Idus Februarii**  
apud **flittewic** celebrato ; prædicti **Vicarii** de

MCCLXXXIII.

**Seogenho** & **Husseburne** super petitis Nobis satisfecerunt competenter, Fratrique *Johanni de Haydenbury* & Magistro *W. de Wottonone* Procuratoribus, omnia Arreragia numerabant.

Abbas <sup>1</sup> de **Westmonasterio Londoniæ** tunc Domini Regis Thesaurarius obiit, quasi repente: propter austeritatem parùm planctus à Conventu suo. Et successit Ei in Officio <sup>2</sup> Thesaurariæ Domnus *Johannes de Kyrkeby*, qui diu fuit Vice-Cancellarius Regis.

*Johannes Peywre*, qui Cognatam dicti *Johannis de Kyrkeby* habuit in Uxorem, probata legitima ætate sua coram Veteri Regina *Angliæ*; in Festo *Omnium Sanctorum Terrarum* suarum positus in *Seyfina*.

Dominus Rex & Regina post *Natale Domini* apud **Eboracum** interfuerunt Consecrationi *Antonii Bek*, **Dunelmensis** Episcopi. Inde Dominus Rex tenuit Parleamentum suum apud **Lincolniam**. Inde Dominus Rex rediit **Walliam**, statuens, quod *Wallenses* et eorum heredes viverent in posterum secundum *Leges Anglicanas*.

Eodem anno, *Edmundus*, Comes **Cornubiæ**, Domini Regis Confobrinus, in Manerio sub apud **Esserugge**, quod Ipse nobiliter construxerat, Religiosorum receptui competentem condidit

<sup>1</sup> Ricardus de Ware. Vide Dugdalii Chron. Ser. p. 28. & Lelandi Coll. Vol. VI. p. 123. <sup>2</sup> F. Thesaurarii.

## MCCLXXXIII.

Mansionem, et in ipso quosdam posuit Capellanos; dans singulis Habitum uniformem. Statuens, quod quilibet eorum et Eorum ibidem Successorum perciperet annuatim Sex Marcas de suo Scaccario pro Expensis. Sed non fuit spes, quod posset illa Ordinatio diu stare, propter debile Fundamentum: et eo quod quidam ex ipsis Capellanis se habebant in principio minus bene.

Eodem anno, ex magna pluvia, quæ quasi continue fuerat in æstate, fere omnes Oves, loca convallium pascentes, tantam humiditatem & pinguedinem interiùs conceperunt, quod generalis Mortalitas Ovium postea sequebatur: ita quod in partibus *Dunstapliæ* vix habuimus ducentas Oves in fine *Martii* subsequenti. Oves tamen Nostræ in *Ciltria* & in *Detco* sanæ & vegetes remanserunt. Contra Scabiem, quæ generaliter omnes Oves *Angliæ* prefferat per Septennium præcedens, Remedium didicimus quam tarde. Fecimus enim quoddam Unguentum ex *Uncto Veteri*, & *Vivo Argento*, et *Verdegrez*: et inde, ubicunque Scabies se monstrabat, Locum illum unximus, et prurigo mox cessavit. Sed contra illam Infirmitatem, quæ per Humiditatem contigit, nil valebat.

---

1 *Uieil oint Gallis. Stale Hog's Grease Angl.*



## MCCLXXXIV.

Cr. in MS. Anno Gratiae 1284. *Cristina*, quæ fuit Uxor *Symonis Mustard*, Appellavit in pleno Comitatu *Bedefordie* *Johannem de Wederore* et plures alios de Familia Nostra, et etiam *Willelmum* Priorem, de Morte prædicti *Symonis*; unde Processus talis est,

Cr. in MS. "Processus <sup>1</sup> Apelli, quod <sup>2</sup> *Cristiana*, quæ fuit  
 "uxor *Symonis Mustard*, fecit in pleno Comita-  
 "tu *Bedefordie* versus *Johannem de Wederore*,  
 " *Walterum le Chamberleyn*, *Johannem le Porcher*,  
 " *Johannem del Celer*, *Thomam le Porter*, *Walte-*  
 " *rum de Pet*, *Willelmum Hakun*, *Hugonem de Gle-*  
 " *dele*, *Willelmum Cotel*, *Johannem de Stodham*, et  
 " *Willelmum* Priorem de *Dunstaple*, de Morte  
 " prædicti *Symonis*; sicut in Processu dicti Apelli  
 " plenius apparet. Qui quidem Processus, ad  
 " Mandatum Domini Regis per Brevia sua ve-  
 " nit coram *Thomam de Bray* & *Robertum Ma-*  
 " *let*, die *Lunæ* proxima post Festum Apostolo-  
 " rum *Petri & Pauli*, anno Domini Regis *Ed-*  
 " *wardi* duodecimo. Ad quem diem prædicti  
 " *Thomas* & *Robertus* venerunt, & <sup>3</sup> prædictam  
 " *Cristinam* pluries et sollenniter vocata non ve-  
 " nit. Ideo, consideratum fuit, quod eadem *Cri-*  
 " *stiana* committeretur *Gaiolæ*; et quod *Nicho-*

Cr. MS.

Cr. MS.

<sup>1</sup> Vel Appelli. Vulgo, Appeal. <sup>2</sup> Sic. <sup>3</sup> Sic. F. prædicta Cristina.

MCCLXXXIV.

“*laus Præpositus de Ronhale et Willelmus Stra-*  
 “*gon de Houctone, plegii ipsius Cristianæ, de* Cr. MS.  
 “*prosequendo dictum Appellum, essent in Mi-*  
 “*sericordia. Et quod prædicti Johannes de We-*  
 “*derore, et alii prædicti Appellati, quoad Appel-*  
 “*lum suum, recedant quieti. Et insuper præfati*  
 “*Thomas & Robertus Justiciarii, ex Officio suo*  
 “*exigent à præfato Johanne de Wederore et omni-*  
 “*bus aliis supradictis et Appellatis, qualiter de*  
 “*Morte prædicta se acquietare velint. Qui*  
 “*omnes præsentis, præter Johannem de Cellario*  
 “*qui mortuus est, Dicunt, quod non sunt culpa-*  
 “*biles de eadem Morte, et inde ponunt se super*  
 “*Patriam. Et Inquisitio inde facta per Johan-*  
 “*nem de Cheny, Edmundum de Wedone, Radulfum*  
 “*de Merstone, Milites: Johannem de Merstone, Pe-*  
 “*trum de Tingrie, Alardum Loreng, Johannem*  
 “*Polein, Johannem de Sewelle, Warinum de Dene,*  
 “*Johannem de Stan-brugge, Johannem filium Tho-*  
 “*mæ de Toternho, Johannem de Lymburne, Willel-*  
 “*lum de Ponte de Clipstone, Ricardum Sporun,*  
 “*Rogerum Pyroth, Robertum de Lynleye, Steve-*  
 “*winum de Tulefworth, † Juratos: Qui dicunt* † D. fol. 61.  
 “*per Sacramentum suum, Quod Johannes de*  
 “*Wederore, Walterus le Chamberlein, et Johannes*  
 “*le Porcher non sunt Culpabiles de Morte præ-*  
 “*dicti Symonis: Ideo † Ipse inde quieti. Dicunt*

† Sic. F. Ipsi.

“etiam

“etiam per Sacramentum suum, quod prædicti  
 “*Thomas le Porter, Walterus del Pet, Willelmus*  
 “*Hacun, Hugo de Gledele, Willelmus Cotel, et Jo-*  
 “*hannes de Stodham,* non sunt Culpabiles de Mor-  
 “te prædicta, nec de Consilio, <sup>1</sup> forcia, vi, et  
 “Auxilio, seu Voluntate vel Affensu. Ideo inde  
 “omnes quieti. Item dicunt, quod *Willelmus*  
 “Prior de **Dunstable** non est culpabilis de  
 “Morte prædicta, nec aliquo <sup>2</sup> receptamento:  
 “ideo inde quietus. Et dicti Jurati requisiti per  
 “quem, vel per quos dictus *Symon* interfectus  
 “fuit? Dicunt, quod quidam *Johannes Faber* de  
 “**Flamstude** ipsum interfecit cum quadam Sa-  
 “gitta in latere dextro. Et, quod idem *Symon,*  
 “antequam obiit, eundem *Johannem Fabrum*  
 “cum quodam baculo in Capite percussit; ita  
 “quod per Ictum, ipsum humo projecit; sed di-  
 “cunt, quod *Rogerus Balloke* eundem *Johannem*  
 “interfecit. Et dicunt, quod dicta *Cristiana* Ap-  
 “pellatrix nunquam fuit Uxor dicti *Simonis* de-  
 “sponsata; per quod, Appellum suum in hac par-  
 “te non potest nec debet valere. Sed dicunt,  
 “quod, ad precationem & sustentationem *David*  
 “*de Flyttewic, Willelmi de Monte-Caniso* de **Ed-**  
 “**wadesthone, Galfridi Rodlond, et Philippi de**  
 “**Wroxhulle,** dicta *Cristiana* sequebatur Appel-

---

<sup>1</sup> Force. <sup>2</sup> Patrocinatione, receptione, entertainment.

MCCLXXXIV.

“lum suum prædictum; et hoc malitiose, quia  
 “nisi procuratio dictorum *David, Willelmi, Gal-*  
 “*fridi, et Philippi* intervenisset, dicta *Cristiana*  
 “dictum Appellum nunquam profecuta fuisset.  
 “Item dicunt, quod dictus *Simon* obiit Felonus;  
 “per quod, Catalla sua sunt confiscata in Manum  
 “Domini Regis. Et hæc sunt Catalla sua; sci-  
 “licet, Sex Quarteria Brasii Ordeacei, pretii Vi-  
 “ginti-quatuor Solidorum: quæ sunt apud *Dit-*  
 “*lemike*. Et Viginti-duæ Oves, pretii Viginti-  
 “duorum Solidorum. Et una Roba de <sup>1</sup> *Bluet-*  
 “*to*, pretii dimidiæ Marcæ: Et sunt apud *Cranc-*  
 “*ford* in Comitatu *Northamptoniæ*. Et <sup>2</sup> uniam  
 “Super-tunicam, pretii Octodecim Denariorum;  
 “quæ per Coronatores liberantur Villatæ de  
 “*Hoclibe*. Pleggii prædictæ *Cristianæ*, videli-  
 “cet *Nicholaus* Præpositus de *Ronhale* et *Wil-*  
 “*helmus Stragon* de *Houctone* amerciantur; vi-  
 “delicet, dictus *Nicholaus* ad Sexaginta Solidos;  
 “et dictus *Willelmus* ad <sup>3</sup> Viginta Solidos. Ta-  
 “xatores dictæ Misericordiæ, *Warinus de Dene*,  
 “et *Stenwinus* Clericus de *Tulesworthe*.

Appellum dictæ *Cristianæ* de Comitatu, per  
 Ordinem suum.

“*Cristiana*, quæ fuit Uxor *Symonis Mustard*,  
 “venit in pleno Comitatu die *Lunæ* proxima

<sup>1</sup> Vide *Dufresne*, in voc. *Bluet*. <sup>2</sup> Sic *Apogr. W.* Forte,  
 una Super-tunica. <sup>3</sup> Sic. “post

## MCCLXXXIV.

“post Purificationem *Beatae Mariae*, anno Regni  
 “Regis *Edwardi* duodecimo. Et appellavit *Jo-*  
 “*hannem de Wederore* de Morte *Symonis Mu-*  
 “*stard* Viri sui; eo quod, ubi prædictus *Simon*  
 “fuit in Pace Domini Regis *Edwardi* qui nunc  
 “est, anno Regni sui undecimo, in Villa de *Hoc-*  
 “*clibe*, Die Dominica in Festo *Decollationis*  
 “Sancti *Johannis Baptistæ*, contra Portam Ho-  
 “spitalis Sancti *Johannis* in *Hocclibe* in una  
 “<sup>1</sup> plecea <sup>2</sup> *Stafteis* extra Portam <sup>3</sup> prædicto-  
 “rum, ad duas perticas versus Orientem, ad Ho-  
 “ram Vesperarum pulsanc . . . <sup>ium?</sup> ibidem venit idem  
 “*Johannes* nequiter tanquam Felonus, insultu  
 “<sup>iauit?</sup> præmeditato. Et infid. . . cum uno Arcu de  
 “<sup>Pew</sup> *Pew* <sup>Cannabi, whip-</sup> *Cannabi*, in ma-  
 “<sup>cord.</sup> *cord.* <sup>shot at him</sup> *Caume*, in ma-  
 “nu sinistra, nequiter et in Felonia arcussit ad  
 “eum cum una Sagitta Barble; unde Flecche  
 “fuit de Fraxino, et Pennata cum pennis Aucæ,  
 “et Sagitta fuit de Ferro et <sup>5</sup> *Affero*; et percuf-  
 “sit eum in sinistra Costæ cum prædicta Sagitta;  
 “et fecit Ei unam plagam longitudine quatuor  
 “pollicum, et latitudine duorum pollicum, et  
 “profunditate usque ad Cor: de qua plaga præ-

1 *Plot* five plot. 2 *Id est, ni fallor, Stafteis* appellata.  
 3 *F.* prædictam. 4 *Vel* tenso. 5 *Accre, Haple.*

“ di-

MCCLXXXIV.

“dictus *Symon* obiit inter brachia prædictæ *Cri-*  
 “*stianæ* Uxoris suæ. Et incontinenter, post il-  
 “lam Feloniam factam fugit: et prædicta *Cri-*  
 “*stiana* incontinenter levavit <sup>1</sup> Hutafium, et pro-  
 “fecuta fuit ad proximos Vicinos; et sic ad qua-  
 “tuor Villatas in circuitu, et ad Ballivos Domi-  
 “ni Regis, et sic usque ad Coronatores, et sic  
 “in pleno Comitatu. Et si prædictus *Johannes*  
 “istam Feloniam negare voluerit, parata est præ-  
 “dicta *Cristiana* probare versus eum, tanquam  
 “versus Felonem, in quantum Curia Domini Re-  
 “gis consideraverit, quod Mulier potest et debet.

“Item, prædicta *Cristiana* appellat *Walterum*  
 “*le Chamberlein* Eo quod prædicto die, prædicto  
 “Anno, prædicto Loco, et Hora, percussit di-  
 “ctum *Simonem Mustard* cum una *Hach* <sup>etta? i. e.</sup> *Da-*  
 “*a Dole=Ar*  
 “*nesche*, quam habuit in Manu sua. Unde *Ha-*  
 “*sta* fuit de Fraxino, et *Hach* <sup>etta?</sup> de Ferro et  
 “Assero; et fecit ei unam plagam in Sinistra  
 “parte Capitis, longitudine quinque pollicum,  
 “et Profunditate usque ad Cerebrum. Unde, si  
 “de prædicta plaga Sagittæ non obisset, de ista  
 “plaga mortuus fuisset. Et hoc parata est præ-  
 “dicta *Cristiana* probare versus eum, sicut versus  
 “prædictum *Johannem*, tanquam versus Felo-  
 “nem.

<sup>1</sup> Sive Hutefium vel Huefium.

MCCLXXXIV.

“Item, prædicta *Cristiana* appellat *Johannem*  
 “*le Porcher*, eo quod venit prædictis Die, Loco,  
 “et Hora, cum uno Arcu tendito in manu sua si-  
 “nistra: unde Arcus fuit de *¶*, et Corda de  
 “*Caume*; et nequiter tanquam felonus arcuf-  
 “sit cum una Sagitta Barbele; unde *Fletche* fuit  
 † D. fol. 62. “de Fraxino, et Sagitta † de Ferro & Assero,  
 “et pennata Pennis Aucæ. Et cum eadem Sa-

braton

“gitta per Medium Branem dextri Brachii inter  
 “Humerum & Cubitum: et fecit ei unam pla-  
 “gam Longitudine duorum Pollicum, & Latitu-  
 “dine unius Pollicis, et per medium Branem.  
 “Et quam cito istam Feloniam fecisset, fugit;

“unde eadem *Cristiana* recenter levavit Hut<sup>?</sup> agum,  
 “et prosequuta ad proximos, &c.

“Item, prædicta *Cristiana* appellat *Johannem*  
 “*de Cellario*, eo quod tanquam Felonus & ne-  
 “quiter fuit de Consilio, forcia, Vi et Auxilio,  
 “prædictis Anno, Die, Loco, et Hora, ad Mor-  
 “tem prædicti *Simonis Mustard*; et illuc mo-  
 “ram traxit dummodo interfectus fuit. Ita quod  
 “si prædictus *Johannes* ibidem non fuisset, præ-  
 “dictus *Simon* de Morte illa evasisset. Et si  
 “istam Feloniam &c.

“Item, prædicta *Cristiana* apellat *Thomam le*

I Sic.

“Porter

MCCLXXXIV.

“*Porter* de Consilio, Forcia, et Auxilio, de Morte prædicti *Simonis Mustard* viri sui; eo quod, si non interfuisset Anno, Die, Loco, et Hora, prædictus *Symon* mortuus non fuisset; et hoc parata est probare versus eum, sicut versus Felonem, &c.

“Item, dicta *Cristiana* apellat *Walterum de Pet* de Consilio, Forcia, et Auxilio, de morte dicti *Simonis* &c.

“Item, apellat *Willelmum Hakun* de Consilio, Forcia, et Auxilio, de Morte dicti *Simonis* &c.

“Item, apellat *Hugonem de Gledede* de Consilio, Forcia, et Auxilio, de Morte dicti *Symonis* &c.

“Item, apellat *Willelmum Cotel* de Consilio, Forcia, et Auxilio, de Morte dicti *Simonis* &c.

“Item, apellat *Johannem de Stodham* de Consilio, Forcia, et Auxilio, de Morte dicti *Symonis* &c.

“Item apellat *Willelmum Priorem de Dunstaple* de Receptamento prædictorum Felonum: eo quod prædictis Die, Anno, Loco, et Hora, de Prioratu de *Dunstaplia* exierunt et venerunt ad istam Feloniam faciendam. Et post Feloniam factam, ad prædictum Prioratum redierunt. Et prædictus *Willelmus* Prior tunc eos tanquam Felones receptavit, et adhuc eos receptat. Et si hoc negare voluerit,



MCCLXXXIV.

“prædicta *Cristiana* parata est probare versus  
“eum, tanquam versus Felonem”, &c.

Pleggii de Prosequendo, *Johannes & Nicho-*  
*laus*, qui superius amerciati sunt pro *Cristiana*,  
quæ non est Prosequuta Apellum suum. Ideo,  
&c.

Primus Comitatus post Apellum.

“Ad Comitatum *Bedfordiæ*, die *Lunæ* proxi-  
“ma ante Festum *Sancti Gregorii*, anno Regni  
“Regis *Edwardi* duodecimo, *Cristiana*, quæ fuit  
“Uxor *Simonis Mustard*, venit in pleno Comi-  
“tatu, et Prosequuta est Apellum suum versus  
“*Johannem de Wederore, Walterum, Johannem,*  
“pro Morte *Simonis Mustard* Viri sui: qui fue-  
“runt post Interrogati: non Venerunt. Ideo  
“datus est Dies prædictæ *Cristianæ* à die isto in  
“unum Mensem”.

Secundus Comitatus.

“Ad Comitatum *Bedfordiæ*, die *Lunæ* post  
“*Dominicam Palmarum*, anno duodecimo, *Cri-*  
“*stiana*, quæ fuit Uxor dicti *Symonis*, venit in  
“pleno Comitatu, et Prosequuta est Apellum  
“suum versus *Johannem & alios*, pro Morte *Sy-*  
“*monis &c.* Qui secundo Interrogati, non ve-  
“nerunt. Ideo datus est dies in unum Mensem  
“dictis Apellatis”.

Tertius Comitatus.

“Ad Comitatum *Bedfordiæ*, die *Lunæ* in  
“Fe-

MCCLXXXIV.

“Festo *Apostolorum Philippi & Jacobi*, dicta *Cristiana* secuta est Apellum suum versus *Johannem* et alios, pro Morte *Simonis* &c. Qui tertio interrogati non venerunt. Ideo datus est *Dies prædictæ Christianæ* in unum *Mensem*”.

Quartus Comitatus.

“Ad Quartum Comitatum *Bedfordiæ* in *Septimana Pentecostes*, anno prædicto, dicta *Cristiana* venit, & secuta fuit Apellum &c. Qui quarto Interrogati non venerunt. Sed *Johannes, Walterus, Johannes* manu-capti fuerunt per *R. W. S.* et ideo datus est *dies prædictæ Christianæ* à die isto usque in unum *Mensem*.”

“Ad Quintum Comitatum, tentum apud *Bedfordiam* die *Lunæ* proxima post Festum *Sancti Johannis Baptistæ* anno prædicto, dicta *Cristiana* &c. venit in pleno Comitatu, et prosequuta est Apellum suum versus *Johannem* et alios pro Morte &c. Qui fuerunt vocati; non venerunt, sed Breve Domini Regis pro Iphis in pleno Comitatu fuit porrectum; sic,

“*Edwardus*, Dei Gratia, Vice-comiti *Bedfordiæ* Salutem. Cum *Cristiana*, quæ fuit uxor *Simonis Mustard*, apellet in Comitatu tuo *Johannem* et alios, et *Willelmum* Priorem de

---

I Sic, sine nomine Vice-Comitis.

“**Dunstaple**, de Morte prædicti *Simonis*, quon-  
 “dam Viri sui; ac iidem apellati nulla quæren-  
 “tes subterfugia, sed se secundum Legem &  
 “Consuetudinem Regni Nostri † Justiciare per-  
 “mittentes, Nobis attente supplicaverint, quod  
 “Nos Apellum illud cum celeritate qua fieri po-  
 “terit Audiri et Terminari, ac partibus inde  
 “plenam & celerem Justitiam exhiberi facia-  
 “mus: Assignavimus dilectos & fideles Nostros  
 “*Thomam de Bray & Robertum Malet* Justitia-  
 “rios Nostros, una cum hiis, quos sibi associave-  
 “rint, ad Apellum illud Audiendum & Termi-  
 “nandum secundum Legem & Consuetudinem  
 “Regni Nostri. Et ideo tibi præcipimus, quod  
 “ad certos Diem & Locum, quos idem *Thomas*  
 “& *Robertus* tibi scire faciant, Venire facias co-  
 “ram eis Apellum prædictum cum Atachiamen-  
 “tis, et omnibus aliis Apellis illud tangentibus;  
 † D. fol. 62, b. “et tot † et tales probos & Legales Homines de  
 “Balliva tua, per quos Rei veritas in præmissis  
 “melius sciri poterit et inquire. Et scire facias  
 “prædictæ *Cristianæ*, quod tunc sit ibi Apellum  
 “suum versus *Johannem* et alios, & *Willelmum*  
 “Priorem inde prosecutura si voluerit; et ha-  
 “beas ibi hoc Breve. Teste meipso apud  
 “Nono die *Maii*, anno Regni Nostri  
 “duodecimo”.

---

 † *Id est*, Justiciari.

MCCLXXXIV.

Eodem anno, Obiit Frater *Johannes de Berlington*, Archiepiscopus de *Duvelyn*; qui totius pecuniæ, in Subsidiu[m] *Terræ Sanctæ* concessæ in Concilio *Lugdunensi*, Collector fuerat deputatus. Et dicitur, quod subito obiit, et quasi intestatus.

Eodem anno, obiit Episcopus *Sarisburiensis*, qui per Septennium cæcus fuit; et successit ei Decanus dictæ Ecclesiæ.

Eodem anno, Natus est domino Regi Filius, die *Sancti Martii* apud *Kanarban*; et vocatus est *Edwardus*.

Eodem anno, mortuus est *Alfundus*, ejusdem Domini Regis Filius & Heres: de cujus Morte, *Angli* supra modum doluerunt, propter ipsius maximam Elegantiam et Valorem.

Eodem anno, Mense *Junio*, tenuit Dominus Rex *Rotundam Tabulam* infra *Walliam* in ultimis finibus de *Snowedune*, supra Mare; ubi fecerat Dominus Rex apparatus maximum & expensas, eo quod convenerat ibi de *Anglis* & *Alienigenis* innumera multitudo.

Eodem anno, dedimus *Henrico de Weyville* circiter quatuordecim Marcas, pro Redemptione *Quatuordecim Solidorum*, decem denario-

---

<sup>1</sup> L. Marci. <sup>2</sup> Sic, pro *Kanarban*. <sup>3</sup> Sive *Alfunus* vel *Alfonfus*.

MCCLXXXIV.

rum ; quos ei de annuo Reditu debebamus pro Terris in Houctone.

Eodem anno, *Willelmus* et *Ricardus*, filii *Johannis Duraunt*, de *Dunstaple*, Inceperunt de Arte apud *Oxoniam* ; ubi *Johannes*, pater eorum, festum celebre faciebat.

Eodem anno, *Domnus O(liverus)* Episcopus *Lincolniensis*, in Domo de *Dunstaple* Visitationis Officium personaliter Exercuit, die <sup>1</sup> *Sancti Donati* ; Procuracionem tamen propter hoc non petiit nec accepit.

Eodem anno, Emimus à *Benedicto Sporon* quandam Croftam Terræ Arabilis, et quædam <sup>2</sup> Capicia Prati, quæ de Nobis tenuit in *Wade-  
lowe*.

Eodem anno, *Frater Robertus Trone*, qui in Ordine *Minorum* steterat per Novem Annos, et Sacerdos fuerat, Sententialiter adjudicatus est Uxori, quam ante Ingressum duxerat per Verba de Præsenti : et exuto habitu Regulari, adhæ-  
fit Uxori, . . . <sup>sed</sup> postea reductus . . . <sup>in</sup> prisonatur.

Eodem anno, *Lorchun Duket*, Aurifaber *Londonensis*, graviter vulneravit *Radulfum Crepin* in *West-Chep*, et fugit in Ecclesiam *Sanctæ Mariæ de Arcubus*. Postea quidam Malevoli, ex

<sup>1</sup> Aug. 7. <sup>2</sup> Capita, summas partes. *Headlands* sive *Foot-lands* quis interpretaretur.

## MCCLXXXIV.

parte dicti *Radulfi* noctanter intrantes dictam Ecclesiam, dictum *Lorchun*, in Turri Ecclesiæ jacentem, occiderunt, et ibidem suspenderunt, deponentes per Fenestram, quasi Ipse seipsum suspendisset. Super quo, facta Inquisitione per Laicos, Dictum est, quod Ipse seipsum suspenderit: propter quod, tractus per pedes extra Civitatem, in fovea est humatus. Cito post ex relatione cujusdam Pueri, qui cum dicto *Lorchun* jacuit hora mortis suæ, et se absconderat præ pavore, rei veritas est comperta. Unde quædam Mulier, quæ auctrix fuit dicti Sceleris, et Sexdecim Viri cum Ea sunt inprisonati: et postea plures sunt Equis tracti, et Mulier Igne cremabatur. Dicta vero Ecclesia per Archiepiscopum fuit Interdicta, et Ostium et Fenestræ spinis obturata. Dictus vero *Lorchun* à loco, ubi jacuit, extractus, per Clerum in Cimiterio est sepultus. Tandem *Rouffensis* Episcopus Ecclesiam reconciliavit, de mandato Archiepiscopi.

Eodem anno, *Robertus Filius-Alani* <sup>1</sup> paravit Nobis unam Virgatum Terræ in *Stoke-hamund*, quam habuimus de Feudo suo, ex dono *Johannis Hastig*. Et dedimus propter hoc dicto *Roberto* duas Marcas & dimidiam.

<sup>1</sup> F. paravit. Vide supra sub an. 1273. Nec tamen opus, ut mutetur, quum purare idem esse videatur quod to clea; lingua dicimus vernacula. id quod & alibi notandum, quotiescunque vox hæcce occurrit.

## MCCLXXXIV.

Eodem anno, die <sup>1</sup> *Sanctæ* <sup>2</sup> *Fidis*, Dominus *Johannes de Vaus*, Magister *Thomas de Sodingtone* cum Sociis suis Justiciariis, Itinerantes sederunt apud *Leycestriam*. Prior Noster pro *Cateby* comparuit coram eis; et secunda die Sessionis, licentiatus discessit.

Eodem anno, Frater *Johannes, Cantuariensis* Archiepiscopus, primò visitavit *Lincolniensem* Dioecesim. Et die *Sancti Lucae* apud *Dunstable*, causâ Visitationis, divertit. Cumque ibi omnia <sup>3</sup> prospere reperisset, eo quod *Lincolniensis* Episcopus quasi recenter Domum <sup>4</sup> illum Visitasset: unâ tamen Nocte ibidem pernoctavit. Et recepit ab illo Monasterio pro Procuratione sua Quatuor Marcas; et discessit. Item, cuidam Canonico de *Dunstable*, qui Irregularitatem contraxerat, dictus Archiepiscopus dedit Crucem, et autoritate Cruce-signatis indulta, dictum Canonicum ab ipsa Irregularitate absolvit. Ita, quod in prima Expeditione faceret inde Redemptionem, quatenus assequi posset Pecuniam à sua propria Camera, seu etiam ab Amicis, sine Monasterii læsione. Dominica proxima sequenti, dictus Archiepiscopus *Walterum Scamal* in Episcopum *Sarisburyensem* Consecravit: videli-

---

<sup>1</sup> Oct. 6. <sup>2</sup> Fidei Martyrol. Rom. aliisque. Nec tamen desunt Kalendaria, in quibus Fidis. <sup>3</sup> F. prospera. <sup>4</sup> Sic Apogr. W. pro illam.

MCCLXXXIV.

cet, in quodam Manerio ipsius Episcopi juxta **Kadingges**. Item, Inspectionem Privilegiorum Nostrorum super Appropriatione Ecclesiarum, idem Archiepiscopus ad tunc posuit in Respectum.

Eodem anno, non habuimus in **Decco** nisi quinque Saccos Lanæ, et Viginti Petras; unde duo Sacci ad minus, de Decima extiterunt: propter quod admirati fuimus et offensi. Et eo præcipue, quia in illa tonsione habuimus ibidem de omnibus nostris propriis Mille et Ducentas Oves, per Majus Centenarium.

Eodem anno, **Ricardus de Hetherington** sub colore Termini, de Terra de **Cheriletone** per fraudem per **Johannem Cocum** est feofatus.

(*Huc usque singulis in paginis dua conspiciuntur columnæ: deinceps autem, usque ad finem, unica tantum per quamlibet paginam.*)

† Eodem anno, Magister **Ricardus Inge** de Ecclesia **Sancti Petri** in **Bedeforde** autoritate Concilii privabatur, Et **Petrus de Haresbulle**, Clericus Domini **Radulfi de Hyngham**, ad Nostram Præsentationem admissus est ad eandem: salva Nobis dimidia Marca Annuæ Pensionis.

Eodem anno, coram **Rogero de Wottone**, et **Rogero de Cumetone** Canonicis, **Johannes Saboth**, Ballivus Libertatis **Dunstapliæ**, reddidit Com-



## MCCLXXXIV.

potum de triginta-septem Solidis, octo Denariis, quos per Viridem ceram de Scaccario levavit & recepit de Misericordiis Hominum de **Dunstaple**, amerciatorum coram Justiciariis; videlicet, De *Henrico le Specer Seniore*, Quadraginta Denarios, pro Defalta coram Justiciariis **Londoniæ** in Banco. De *Henrico le Specer Juniore*, Quadraginta Denarios, pro Eodem. De *Roberto Barkam*, Viginti Denarios, pro Eodem. De *Johanne le Mone*, Quadraginta Denarios, pro Eodem. De *Roberto de Rilend*, Viginti Denarios, pro Eodem. De *Willelmo de Pyrithone*, Viginti Denarios, pro Eodem. De *Willelmo Rys*, Viginti Denarios, pro Eodem. Item, de *Waltero Crips*, dimidiam Marcam, pro Defalta coram *Roberto Fulke* Justiciario apud **Dunstapliam** sedente. De *Willelmo Rys*, dimidiam Marcam, pro Eodem. De *Alexandro Baneter*, Quadraginta Denarios, pro Eodem. Et sciendum, quod prædictus *Johannes* satisfecit Scaccario Prioris de Pecunia memorata, et habet Talliam.

Eodem anno, Dominus Rex *Angliæ*, subjugata sibi tota *Wallia*, apud **Bristolliam** Natale Domini celebravit. Et Burgenses Civitatis, qui super quibusdam Articulis Inplacitabant Constabularium Castri, succumbebant: et suppofuerunt se & sua Gratia Domini Regis, pro eo, quod illis Libertatibus contra Regni Consuetudinem usi erant. Eo-

MCCLXXXIV.

Eodem anno, in Festo *Purificationis*, Decimam, proveniente de Albo Pane ad Pistrinum, restituiimus Elemofinariae. Quæ quidem Decima fere per Triennium, per Commune Consilium subtrahebatur.

Eodem anno, in *Quadragesima*, allocatæ fuerunt ad Scaccarium Domini Regis, duæ Talliæ, quas habuimus contra Abbatiam de *Kamesheye*, de Quinta-decima Domini Regis ei soluta, in quibus Talliis Decem Marcæ continebantur. In Compoto enim, quem idem Abbas reddidit ad Scaccarium, inventum est, quod de Iphis decem Marcis, computus reddebatur: Ideo Prior inde Pace.

Eodem anno, obiit *Karolus*, patruus *Philippi*, Regis *Franciæ*. Idem vero *Philippus* arripuit Iter versus *Hysspaniam*, ad debellandum *Petrum de Aragon*: quia dictum *Karolum* dejecerat à Regno *Siciliæ* contra Voluntatem Domni Papæ. Item, quia Ipse *Petrus* dictum *Philippum* Regem, in aliis sæpe offendebat.

Eodem anno, fuit hyems mitissimus; ita quod Seniores Nostri talem eatenus non viderunt.

Eodem anno θ *Martinus* <sup>1</sup> Papat IV, qui prædicto *Karolo* Regi patrocinium præstitit contra prædictum *Petrum de Aragon*.

---

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W.* Lege, Papat.

MCCLXXXV.

Anno Gratiaë 1285, contigit Dies *Paschæ* die Dominica *Annuntiationis*.

Eodem Anno, *Honorius* Papa IV, ab Urbe *Romana* oriundus, prædicto *Martino* successit.

Eodem anno, Mense <sup>1</sup> *Madio*, *Edwardus* Rex post subjugatam sibi totam *Walliam*, primo *Londoniam* est Ingressus, portans Secum Crucem gloriosissimam quondam Principum *Walliæ*; quæ apud *Wallenses* famosissima habebatur, eo quod Dominus Miracula plura faceret per Eandem.

Dominus Rex tenuit *Londoniæ* cum Clero & Populo Longum & forte Parleamentum: Multa & dura condidit Statuta; omnia ad Commodum & Lucrum Regium tendebant, et plurima ex eis ad præjudicium Cleri & gravamen Religioforum. Scutagium etiam pro *Wallia* ibidem generaliter per totam *Angliam* est concessum.

Frater *Johannes Cantuariensis* Archiepiscopus et totus Clerus, plurima ex ipsis Statutis Ecclesiasticæ Libertati attendentes derogare, à Domino Rege super hiis remedium postulabant; saltem, ut Literam Prohibitionis Regiæ, quæ solito largiùs à sua Curia emanaverat, revocaret. Rex vero quasdam mitigationes fecit Clero; attamen non concessit, quod in Curia *Cristianitatis*

MCCLXXXV.

placitarentur, nisi Causâ Matrimonii et Testamenti.

*Philippus*, Rex *Franciae*, in Obsidione de *Gerundes* incurrit <sup>1</sup> *Dissenteriam* & obiit. Et successit Ei *Philippus*, filius Ejus, consobrinus *Petri de Aragon*.

† Eodem anno, Mense *Octobri* Dominus *Jo-* <sup>† D. fol. 63,</sup>  
*hannes de Vaus* et Dominus *Rogerus Loveday* cum Sociis suis, *Justiciarii Domini Regis Itinerantes*, Sederunt apud *Northampton*. Et Dominus *Henricus de Grey* Inplacitavit ibidem Priorem de *Dunstaple* per hoc Breve. “*Edwardus*, Dei  
“*Gratia*, &c. *Vicecomiti Northamptoniae* Sa-  
“*lutem*. Præcipe *Priori de Dunstaple*, quod  
“*juste & sine dilatione reddat Henrico de Grey*  
“*Advocationem Ecclesiae de Neubotle juxta*  
“*Suttone-Regis*, quam Ei *injuste* <sup>2</sup> *deforciat*.  
“*Et nisi fecerit, et prædictus Henricus fecerit*  
“*Te securum de Clamio suo prosequendo: tunc*  
“<sup>3</sup> *summoneas per bonam Summonitionem præ-*  
“*dictum Priorem, quod sit coram Justiciariis*  
“*Nostris ad Parvam Assisam, cum in partes illas*  
“*venerint, ostensuri quare non fecerit. Et ha-*  
“*beas ibi Summonitionem et hoc Breve. Teste*  
“*Meipso apud Suthampton, decimo-nono*

1 Sic. 2 Detinet. 3 Sic Apogr. W.

MCCLXXXV.

“die *Octobris*, anno Regni Nostri Decimo-ter-  
“tio”.

“*Henricus de Grey* per Attornatum suum petit  
“versus Priorem de *Dunstaple*, Advocationem  
“Ecclesiæ de *Peubotle*, juxta *Sutton-Regis*, et  
“unde quidam *Ricardus* Antecessor suus fuit Sei-  
“fitus ut de Feudo et Jure, tempore Pacis, tempo-  
“re Regis *Ricardi*, Consanguinei Domini Regis  
“nunc: Capiendo inde 'explet' præsentando ad  
“eandem Ecclesiam quendam *Jordanum Humet*  
“Clericum suum; qui ad Præsentationem suam  
“fuit admissus & institutus. Et de prædicto *Ri-*  
“cardo descendit Jus &c. cuidam *Jordano*, ut Fi-  
“lio & Heredi. Et de ipso *Jordano*, qui obiit  
“sine Herede de Se, descendit Jus &c. cuidam  
“*Johanni*, ut Fratri & Heredi. Et de Ipso *Jo-*  
“*hanne* descendit Jus &c. cuidam *Lucia*, ut Fi-  
“liæ et Heredi. Et de Ipsa *Lucia* descendit Jus  
“&c. cuidam *Henrico*, ut Filio & Heredi. Et  
“de ipso *Henrico* (quia obiit sine Herede de Se)  
“descendit Jus &c. cuidam *Ricardo*, ut Fratri et  
“Heredi. Et de ipso *Ricardo* (quia obiit sine  
“Herede de se) descendit Jus &c. cuidam *Jo-*  
“*hanni*, ut Fratri & Heredi. Et de Ipso *Johan-*  
“*ne* descendit Jus &c. cuidam *Ricardo*, ut Filio  
“& Heredi. Et de ipso *Ricardo* (quia obiit sine

---

1 F. expletum, id est, espletus.

MCCLXXXV.

“herede de Se descendente,) Jus &c. isti *Henri-*  
“*co*, qui nunc petit, ut Fratri & Heredi. Et  
“quod tale sit Jus suum offert, &c.

“Et Prior venit & defendit Jus Ipsi *Henri-*  
“*ci*, et Seyfinam prædicti *Ricardi* Antecessoris  
“sui, de cujus Seyfina &c. ut de Feudo, et Ju-  
“re, et Totum &c. Et ponit se in Magnam Af-  
“fisam Domini Regis, et petit Recognitionem  
“fieri, utrum Ipse majus Jus habeat in prædicta  
“Advocatione an prædictus *Henricus*? Et of-  
“fert Domino Regi dimidiam Marcam pro ha-  
“benda Mentione de tempore: Et recipitur  
“Plegius *Henricus Spigurnel* de Comitatu *Buck-*  
“*ingham*, Et *Robertus de Romeny*, *Johannes de*  
“*Roffeles*, *Willelmus de Bray*, et *Radulfus de* <sup>1</sup>*Nor-*  
“*manvile* Quatuor Milites summoniti ad Eligen-  
“dum Duodecim, &c. Venerunt & Elegerunt  
“istos, scilicet, *Robertum Filium-Walteri*, *Johan-*  
“*nem de Patesbulle*, *Willelmum de Turvoile*, *Willel-*  
“*lum de Nodariis*, *Robertum Barri*, *Nicholaum*  
“*de Wymale*, *Rogerum de Insula*, *Johannem de*  
“*Ver*, *Hugonem Baudely*, *Robertum de Nodariis*,  
“*Robertum de Rameng*, *Johannem de Roseles*, *Ra-*  
“*dulfum de* <sup>1</sup>*Normavile*, et *Johannem le Lou*, &c.  
“Qui dicunt super Sacramentum suum, quod  
“prædictus *Ricardus* Antecessor suus non præ-

---

1 F. Normanvile.

Vol. II.

U u u

“fen-

MCCLXXXV.

“sentavit prædictum *Jordanum Humet* Clericum  
 “suum ad prædictam Ecclesiam tempore Regis  
 “*Ricardi*, sicut Ipse *Henricus* narravit. Et ideo  
 “consideratum est, quod prædictus Prior teneat  
 “prædictam Advocationem prædictæ Ecclesiæ  
 “de *Neubotle* juxta *Sutton-Regis*, Sibi et  
 “Successoribus suis, et Ecclesiæ suæ *Sancti Petri*  
 “de *Dunstaple*, quiete de prædicto *Henrico de*  
 “*Grey* & Heredibus suis, in perpetuum. Et *Hen-*  
 “*ricus* in Misericordia, &c.”

De Hundredo de *Sutton-Regis*.

“*Philippus de Eynho* inventus fuit occisus in  
 “Campis de *sfaringho* apud *le Hyde*: primus  
 “Inventor venit, et non male creditur: ideo  
 “ipse inde quietus, nulla <sup>1</sup> Englisheria, Judicium,  
 “Murdrum, super Villatam de *sfaringho*, eo  
 “quod non participat cum Hundredo. Et Vil-  
 “latae de *Purstone*, *Cherlton*, <sup>2</sup> *Tenford*,  
 “*sfaringho*, non venerunt ad Inquisitionem  
 “coram Coronatoribus. Ideo in Misericordia.

† D. fol. 64. “Et Jurati testantur †, quod *Rogerus Passevant*  
 “et *Ricardus le Wise* subtraxerunt se, et male  
 “creduntur de prædicta Morte; ideo exulant

<sup>1</sup> Vide *Spelmanni & Dufresnii Glossar.* ubi paullo fusius de voce differitur. <sup>2</sup> Sic.

et

MCCLXXXV.

“et utlagantur. Catalla prædicti *Rogeri*, qua-  
“draginta Solidos; unde Vice-Comes Respon-  
“det. <sup>bi?</sup> Catalla prædicti *Ricardi le Wise* quindecim  
“Solidos; Unde idem Vice-comes Respon-  
“det. <sup>bi?</sup> Et *Ricardus le Wise* fuit in <sup>cto</sup> *Henrico*  
“*Grimbaut de Cherlton*, qui modo non habet  
“ipsum, standi Recto: ideo in Misericordia.  
“Et plenius inquiratur de Catallis prædicti *Ro-*  
“*geri Passevant* super Hundredum de *wardone*  
“in Villa de *Hogge-cote*. Et quia Prior de  
“*Dunstaple* recepit Catalla prædicti *Ricardi*  
“*le Wise* sine Waranto, Ideo in Misericordia.  
“Et postea perdonatur Misericordia prædicti  
“Prioris per Justiciarios ad Instanciam, &c.”

Item, *Henricus*, filius *Julianæ*, Nativus dicti Domini *Henrici de Grey*, tulit super Priorem de *Dunstaple* Breve de Nova Disseyfina, de Medietate illius Mesuagii bipartiti in *Cherlton*, quam habuit ad terminum Vitæ suæ, ex concessione *Galfridi*, quondam Prioris de *Dunstaple*, sine assensu Conventûs. Quia tamen dictus *Henricus* habuit Feudum in ipso Tenemento;

---

1 *An* decreto?



MCCLXXXV.

Prior, pro bono Pacis, dedit Ei unam Marcam, & recepit Cartam de quieta-clamantia ab eodem. Et præter hoc, expenderat dictus Prior in ipso Itinere de *Northampton* circiter triginta-tres Marcas: videlicet in <sup>1</sup> Præsentiis, Donis,

*treating the Jury.*

Expensis suis propriis, et in Militibus de Assisa procurandis.

In prædicto Itinere Concessimus Domno *Wilhelmo de Cateby*, Clerico Domini *Rogeri Luveday* <sup>2</sup> Justiciario, unam Marcam Annuæ Pensionis percipiendam de Camera Nostra, donec Eidem per Nos in Ecclesiastico Beneficio competenti sit provisum. Et præcipue, quia idem *Wilhelmus* necessarius erat Nobis.

Eodem anno, Recepimus de *Philippo Knyth* Triginta Marcas pro Conrediis, quæ in Autumnalibus sunt Expensæ.

Eodem anno, Quatuor Milites de Visneto per Literam Patentem Domini Regis, Gaolam de *Dunstable* deliberarunt, et tunc suspensi duo Felones, eo quod Mercatorem Dominæ Reginae condixerant occidisse. Duo eorum Socii in partibus *Northfolchiæ* de homicidiis indictati, deliberari non valebant per illud Breve Regium Generale, et Rursus Clerici erant, et noluerunt

---

<sup>1</sup> *Muneribus, Præsentiis.* <sup>2</sup> *Sic Apogr. W. Forte, Justiciarii.*

MCCLXXXV.

se supponere Judicio Laicorum. Et sic in Carcerem sunt retrufi.

Secundo, prædicti Quatuor Milites Sederunt apud Nos ad deliberandum Gaolam; et in eorum Patenti Litera, facta est de Homicidio quoad unum ex dictis Clericis Mentio Specialis: Et tamen nihil profuit illi, quia Homicidium fiebat in partibus longinquis; nec fuit aliquis per quem posset rei Veritas inquiri. Et sic iterum sunt positi in Gaolam.

Item, coram ipsis Militibus, inter duos Latrones Duellum est commissum in fine Vici ~~del~~ West, ubi Appellator vicit Defensorem; qui mox Suspensus est, et Appellator rediit ad Prisonam, eo quod extra Libertatem alios Appellasset.

Eodem anno, ad Instantiam Domini *Radulfi de Hingham*, præsentavimus *Robertum* Clericum suum ad Ecclesiam *Sancti Petri* in *Bedeforde*: Salva Nobis in eadem, dimidiæ Marcæ annua Pensione.

Eodem anno, reparatæ sunt et emendatæ Stratæ Regiæ in *Dunstaple*, de præcepto Domini Regis.

Breve.

“*Edwardus*, Dei Gratia, &c. dilectis sibi in  
“*Cristo* Priori de *Dunstaple* et Burgensibus ejus-  
“dem Villæ, Salutem. Quia intelleximus, quod  
“Re-

MCCLXXXV.

“Regiæ Stratæ, quæ se extendunt per Medium  
 “Villæ vestræ prædictæ, per frequentem transi-  
 “tum Carectarum . . . ita dirutæ sunt et  
 “profundæ, quod damna periculosa per Stratas  
 “illas transeuntibus <sup>1</sup> iminent incessanter: Nos  
 “hujusmodi damnis, quæ per defectum illum eve-  
 “nire poterunt in futurum, nisi citius remedium  
 “apponatur, Volentes præcaveri: Vobis Man-  
 “damus, quod Vos (videlicet unusquisque secun-  
 “dum suum Statum et Facultates) Stratas illas  
 “adimpleri & emendari faciatis; prout in hu-  
 “jusmodi Casu fieri consuevit temporibus retro-  
 “actis. Ita quod pro defectu Vestri in hac par-  
 “te non oporteat Nos manum ad hoc apponere  
 “graviolem. Teste Meipso apud **Westmona-**  
 “**sterium**, 23 die *Februarii*, anno Regni Nostri  
 “**Quarto-decimo**.

† D. fol. 64,  
b.

† Eisdem anno & die, *Thomas le Porter*, Balli-  
 vus de **Dunstaple** Capitalis, reddidit Computum  
 de Septendecim Libris, quinque Solidis, receptis  
 de Præpositura de anno integro tunc elapso; sci-  
 licet, per quinquaginta-duas Septimanas Alloca-  
 tis & nominatis in dicta Summa Amerciamen-  
 tis & <sup>2</sup> Espletis Curiarum, Theloneo de diversis  
 Mercimoniis proveniente, Catallis Felonum, et  
 aliis perquisitis quibuscunque. Idem *Thomas*

1 Sic. 2 Proventibus sive Obventionibus.

red-

MCCLXXXV.

reddidit Compotum de prædicta pecunia Coquinariis liberata; unde habuit Tallias, et inde quietus recessit.

Eodem anno, Magister *Willelmus de Wykewane*, *Eboracensis* Archiepiscopus, itinerans versus Curiam Romanam, apud *Pontiniacum* obiit; et ibi honorifice est humatus. Et successit Ei, per Canonicam Electionem Capituli *Eboracensis*, Magister *Johannes le Romeyn*, Canonicus ipsius Ecclesiæ, Magister Theologiæ.

Eodem anno, obiit *Alexander*, Rex *Scotia*, qui Sororem *Edwardi*, Regis *Anglia*, habuit in Uxorem.

Eodem anno, in Octabis *Sancti-Hilarii* Justitiarum Itinerantes in Comitatu *Bukingham*, Sederunt apud *Speuporth*, et partem Comitatus ibidem placitantes, reliquam partem apud *Witchumbe* <sup>1</sup> ajornarunt in Octabis *Paschæ* proximo subsequenti.

Item, obiit *Almaricus* de *Sancto-Amando*, Capitalis Dominus de Feudo *Pyroth* in *Bullokeshulle*.

MCCLXXXVI.

Anno Gratia 1286, statim post Octabas *Paschæ*, Sederunt Justitiarum Itinerantes apud *Witchumbe*. A quibus Interrogati, Quo Waranto

---

<sup>1</sup> *Vel* ajornarunt.

MCCLXXXVI.

capimus apud **Stokes** Emendas Assisæ Panis & Cervisiæ? Respondimus, quod per Cartas Regum *Angliæ*. Et sic transmissum est illud Negotium *Londoniæ* ad Scaccarium.

Eodem anno, à Die *Paschæ* in *Quindecim Dies* coram Fratre *Johanne* Archiepiscopo & Coëpiscopis suis recitati sunt quidam Articuli, Hæresim continentés : quorum Tenor talis est.

“ Inponitur Fratri *Ricardo de C.* quod determinavit quandam quæstionem contractam ad materiam specialem. scilicet,

1. “ An secundum Fidem de Essentia Humanæ Naturæ, Verbo unitæ, necesse sit plures formas ponere? In partem illam declinans, sicut magis probabile, quod nullum sequitur inconveniens, quamvis in *Cristo* secundum quod Homo forma unita supponatur.

2. “ Item asserit, quod Corpus *Cristi* mortuum habuit formam substantialem Novam, quam prius non habuit Vivum.

3. “ Item, quod in Sacramento Altaris, Panis de Vi Transubstantiationis modo convertitur in ipsam Animam *Cristi* intellectivam, ex quo, Corpori est conjuncta.

4. “ Item, quod si fuisset Consecratio celebrata in triduo Mortis *Cristi*, Panis fuisset conversus in formam de novo introductam.

5. “ Item, quod neutra Opinio in Se, vel in suo

MCCLXXXVI.

“suo Consequenti, videtur Hæresim continere,  
“aut Inconueniens aliquid, vel aduersum Fi-  
“dei.

6. “Item, Hæresim non esse, sed bene possi-  
“bile & probabile, in Morte *Cristi* Corpus ejus  
“nullam formam Substantialem eandem habere  
“quam prius; sed in eo novam fuisse introdu-  
“ctam, et novam naturam, quamvis non novam  
“assumptionem vel novam unionem. Exem-  
“plum, de Vino mutato in Acetum. De Nu-  
“trimento conuerso in Corpus alendum. Et de  
“indumento Laneo, si forte miraculose muta-  
“retur in Lineum.

7. “Item, in Formam illam Novam introdu-  
“ctam, factam fuisse Transubstantiationem Pa-  
“nis Vi Verborum Sacramenti, si in triduo Mor-  
“tis fuisset facta Consecratio.

8. “Item, modo cotidie converti Panem to-  
“tum in totum Corpus *Cristi* vivum, sicut tunc  
“in mortuum. ita quod Materia in Materiam &  
“Forma convertitur in Formam. videlicet in  
“id quod est ipsa Anima intellectiva, secundum  
“quod Forma Corporis est; et dat Esse Corpo-  
“reum; et hoc Virtute Sacramenti.

9. “Item, Identitatem esse Numeralem tan-  
“tummodo propter Identitatem Materiæ & Di-  
“mensionum interminatarum, et habitudinis  
“ipsarum ad Animam intellectivam quæ manet,

## MCCLXXXVI.

“et ejusdem Existentiæ Corporis Vivi et Mortui

† D. fol. 65. “in eadem <sup>1</sup> Apostasi † Verbi.

10. “Item, prædictas Dimensiones intermi-  
“natas, Protensiones veras, et Quantitates, quam-  
“vis intellectas absque Terminis suis, qui non  
“pertinent ad earum Quidditatem seu Essen-  
“tiam; pro Subjecto habere nudam Essentiam  
“Materiæ.

11. “Item, se non teneri in his, quæ sunt Fi-  
“dei, alicujus <sup>2</sup> Auctoritate (*Augustini* vel *Grego-*  
“*rii*, seu Papæ, aut alicujus Magistri) excepta  
“Auctoritate Canonis Bibliæ, vel necessaria Ra-  
“tione, subjicere sensum suum.

Contra prædictas Hæreses lata est Sententia  
diffinitiva, Cujus Tenor talis est. “In Dei No-  
“mine, Amen. Nos Frater *Johannes*, Permissio-  
“ne Divina *Cantuariensis* Ecclesiæ Minister  
“Humilis, totius *Angliæ* Primas, auditis et ple-  
“nius intellectis Meritis Negotii super Articulis,  
“qui contra Fratrem *Ricardum de* <sup>3</sup> *Clapwelle* Or-  
“dinis Fratrum Prædicatorum, ex Officii nostri  
“debito, super diversis Fidei Transgressionibus  
“nuper inponebantur, quorum Tenor talis est,  
“*ut supra*. Ipsum *Ricardum*, super hiis legitime  
“convictum in specie, ac omnes ipsius *Ricardi*,  
“quoad ipsos articulos sustinendos, Consiliarios,

---

1 F. Hypostasi. 2 F. Auctoritati. 3 Knapwell *al.*

“aut

MCCLXXXVI.

“ aut eidem Consilium vel Auxilium quoquomo-  
“ do præbentes, in genere, in his Scriptis Ex-  
“ communicamus, de unanimi Consensu & Vo-  
“ luntate Suffraganeorum Nostrorum Nobis Af-  
“ fidentium super præmissis. Opiniones etiam  
“ prius per Fratrem *Robertum de Kyldewerdeby*  
“ Ordinis præfati, Prædecessorem Nostrum,  
“ prius” legitime damnatas & reprobatas, ex  
“ abundantia, ex nunc damnamus ac reprobamus  
“ per sententiam diffinitivam”.

Eodem anno, Abbas de *La Dale* Composuit Nobiscum super Decimis in *Pecco*, quas ab Ipso petebamus; et facta est Inter Nos Transactio coram Judicibus Subdelegatis.

Eodem anno, Post Mortem *Almarici de Sancto-Amando*, solutum est Scutagium suis Executoribus, quod Ei superstiti debebatur: ad quod, una Hyda de *Faldho* in *Dullockshulle* solvit Octo Solidos. Et Nos pro quatuor Hydibus *Willelmi Pyroth* triginta-duos Solidos; scilicet, pro Nobis et Nostris Tenentibus. Unde recepimus de *Wuburne* sexdecim Solidos; et de aliis nostris Tenentibus de eodem Feudo Octo Solidos. Et prædictæ Quinque Hydæ faciunt Servitium unius Militis. Item, pro Feudo *Johannis Boynun*, quod facit Servitium dimidii Militis, solvit

---

1 F. delend.



MCCLXXXVI.

Abbas de **W**ouburne duodecim Solidos, pro Terris quas inde habet. Et Nos pro Terris non puratis, quas inde habemus, solvimus quatuor Solidos, duos Denarios; unde recepimus de diversis Tenentibus ejusdem Feudi 41 denarios, quadrantem.

Eodem anno, obiit <sup>1</sup>. . . *Elyensis* Episcopus; et successit ei Domnus *Johannes de Kyrkeby*, Thesaurarius Scaccarii Domini Regis *Londoniæ*; qui post Consecrationem suam in Festo Sancti *Michaëlis* statim ad Officium Thesaurarii est reversus.

Eodem anno, in Festo *Paschæ*, *Alienora* Regina, Mater Regis *Edwardi*, suscepit habitum Monialem et sacrum Velamen apud <sup>2</sup> *Hambribure*; ubi Filia <sup>3</sup> ejusdem Domini Regis *Edwardi* similiter sacrum Velamen acceperat Anno præcedenti.

Eodem anno, Dedicata est Ecclesia de *Esse-  
rugg*e per *O(liverum) Lincolnensem* Episcopum, ad Instantiam Comitis *Cornubiæ*, qui eam Fundavit.

Eodem anno, *J. de Vallibus* et *Rogerus Loveday* Milites; *J. de Metingham*, *W. de Saham* Clerici, Justiciarii Domini Regis Itinerantes, Sederunt apud *Bedesorde*, in *Octabis Sancti Hillarii*,

---

<sup>1</sup> *Hugo Balsam.* <sup>2</sup> *Vel Ambresbury.* <sup>3</sup> *Maria.*

MCCLXXXVI.

Anno Regni Regis *Edwardi* Quinto-decimo. Prior de *Dunstaple* comparuit coram Eis, clamans, quod apud *Dunstaple* accederent, ad Terminandum Placitata Libertatis <sup>um?</sup> Burgi sui, sicut aliàs fieri consuevit. Et dicti Justiciarii per Sacramentum Domini *W. de Boyville* tunc Vice-comitis *Bedfordiae*, *Thomæ de Bray*, *Johannis Bruel*, Militum, et *Henrici Brone*, et aliorum proborum Hominum de Comitatu, audierunt, quod Prior Libertatem illam habuit à quo tempore Memoria non existit, et maxime in Itinere Domini *Rogeri de Seytone*, qui contra Libertatem Prioris, in quantum potuit, reluctabatur; et tamen de Præcepto Domini Regis, apud *Dunstapliam* venit, et Placita ipsius Prioris Terminavit. Et sic dicti Justiciarii sponponderunt, se apud *Dunstapliam* adventuros. Coronatores *Dunstaplia* Rotulos suos † cum Geldabili non porrexerunt, nec Bal-<sup>† D. fol. 65.</sup><sub>b.</sub>livus Sacramentum fecit, Articulos non recepit, sed omnia hujusmodi, donec venient apud *Dunstaple*, sunt dilata.

In prædicto Itinere apud *Bedeford*, Dominus *David de Flittewike* remisit et quietum clamavit Priori et Canonicis de *Dunstaple*, totum Jus & Clamium suum in Advocationibus Ecclesiarum de *Husseburne*, *Flittewike*, seu Capella de *Kokeshoc*, et in aliis Terris & Tenementis de  
Feu-

MCCLXXXVI.

Feudo suo, et in Situ loci de **Kokethor**, cum pertinentiis.

Dominus *Warinus* <sup>i</sup> *Geroldi* reddidit Nobis unum Quarterium Frumenti, quod in Loco suo de **Cameltone** per aliquot Annos à retro fuit.

Dominus *Johannes* *Peyvere*, super **Wade-  
lowe** Nos inplacitavit per Breve de *Consanguinitate* : dedimus ei Centum Solidos, et recepimus Quietam Clamantiam ab eodem.

*Rogerus Payn* de **flittewike**, qui super Dimidia Acra Prati tunc Nos inplacitavit, fecit Nobis quietam Clamantiam; et dedimus ei unam Rodam Prati in **Smaleben**, scilicet ultimam quam ibidem habuimus ex parte **del West**.

*Radulfus Pick*, Nativus Noster apud **Segen-  
ho**, Breve de *Morte-Antecessoris*, quod contra Nos portaverat, non est profecutus; sed supposuit se Gratiae Prioris. Et Prior concessit Ei Septem Acras Terræ, cum Terra quam ad tunc in Manu sua tenuit; Tenendas in Forma, qua *Robertus Pick*, pater suus, quondam Tenuit, et per idem Servitium. Et dedit Priori Viginti Solidos.

*Radulfus de Pesele* posuit Priorem in Seyfina de Sex Denariis Annui Redditûs, quem habemus ex Concessione *Ceciliae Maufras* de **Dullo-  
keshulle**.

MCCLXXXVI.

*Johannes Golvild* de *Husseburne* disfractionavit Mesuagium Patris sui super *M. Hacon* et filium suum, quod de Nobis tenebatur; et Nos vocati non fuimus ad Warantiam; et Carta Nostra Nobis restituta fuit, quoniam dicti *M.* et filius suus de Ipso Tenementa habuerunt.

*Johannes Manasse del Houctone*, fide præstita, fecit Nos securos, quod Terram Nostram, quam injuste arando occupaverat, Nobis redderet, et Paxillos ibidem poneret ad perpetuum Monumentum.

*Radulfus Ordwy de Teburthe* Breve de *Morte-Antecessoris*, quod super Nos portaverat, non est profecutus; quia Breve suum continebat Sexdecim Acras Terræ, et unam Acram Prati; ubi Nos non tenemus nisi Octo Acras: et ex hiis Octo, Ipsemet tenuit unam Acram ex Dono Nostro, in Feudo. Propterea tota Terra de *Haren* in *Teburthe*, quam *Edwinus*, *Simon*, et *Huel*, tres fratres tenuerunt, Nativa fuerat ab antiquo; Et præterea, Breve illud ei Valere non debuit, quia iste *Radulfus* descenderat ex Sanguine *Huel* ultimi fratris.

Breve

ve . (in ima Margine)

“Rex Vice-Comiti *Bedfordiæ*, Salutem. Præ-  
“cipe Priori Ecclesiæ *Sancti Petri* de *Dunestaple*,  
“quod Juste &c. reddat *Radulfo Ordwy* Sex-  
“decim Acras Terræ et unam Acram Prati cum  
“per-

MCCLXXXVI.

“pertinentiis in **Theddeworthe**. Præcipe <sup>1</sup> *Le Loreng Juniori*, quod iuste &c. reddat eidem  
 “*Radulfo* unam Acram Terræ &c. in eadem Vil-  
 “la. Præcipe Magistro de **Wocclibe**, quod red-  
 “dat Eidem Septem Acras Terræ & dimidiam,  
 “et unam Acram Prati, &c. Præcipe *Andreae atte*  
 “*Halle*, quod reddat eidem Quatuor Acras Ter-  
 “ræ, de quibus *Symon Porymesone*, Avus prædi-  
 “cti *Radulfi* (cujus heres Ipse est) fuit Seyfitus  
 “in Dominico suo ut de Feodo, die quo obiit,  
 “ut dicit. Et nisi fecerit, &c.”

Homines de **Teburthe** instanter & turbu-  
 lenter petierunt, quod Prior faceret eis Canta-  
 riam in Capella de **Teburthe**, aut redderet Eis  
 Terras, quas Progenitores eorum pro Ipsa Can-  
 taria habenda antiquitus donaverunt. Et Prior  
 Respondit, quod dicta Cantaria à tempore, quo  
 Ecclesia de **Chalgrave** Domui de **Dunstaple**  
 data fuit, per Prædecessores suos Priores de  
**Dunstaple** non est facta. Et dicti Parochiani  
 ad Curiam Domini Regis pro Litera Regia con-  
 tra Nos habenda transmiserunt, nec potuerunt  
 impetrare. Ideo inde nihil.

<sup>2</sup> Muler de **Hedingge** filius *W. Molendinarii*  
 Breve de *Morte-Antecessoris*, quod super filium  
*Walteri Molendinarii* de **flittewik** portave-

---

<sup>1</sup> Sic. <sup>2</sup> Muler Teutonice idem est quod Miller.

MCCLXXXVI.

rat, non est prosequutus; quia filius Ipsius *W.* Terram illam Tenuit ad Nostram voluntatem. Quia Pater suus *Walterus* Terram illam in Manu Prioris resignavit in plena Curia apud *Rothes hoc*, sicut in Scriptura sua, quam habemus, continetur. Et sic Carta nostra, quam dictus *W.* inde habuit, vacuatur.

Dominus *J. de Metingham*, unus de prædictis Justiciariis, Placita Domini Regis de *Quo Waranto*, associato sibi Domino *Thoma de Bray* Milite, per Breve Domini Regis specialiter intendebat.

Et "Prior de **Dunstaple** summonitus fuit  
"ad Respondendum Domino Regi de Placito,  
" *Quo Waranto* clamat habere Visum Franci-ple-  
"gii et Weyf in **Dunestaple**; et Visum Fran-  
"ci-plegii † in **Segenho, Hulleburne, Flitte** † D. fol. 66.  
" **wike, Chalgrave, Howthone, Thoternhe,**  
"et **Stodham**? Et *Quo Waranto* clamat habe-  
"re Retorna Brevium Domini Regis; Corona-  
"tores proprios; Catalla Felonum et Fugitivo-  
"rum; Amerciamenta Hominum suorum; et  
"quietantiam de Communibus Finibus et Amer-  
"ciamentis; Mercatum & Feriam apud **Dune**  
" **staple**: Et *Quo Waranto* clamat, quod Ipse,  
"nec Homines sui de aliquo tangente Villam  
"de **Dunestaple** respondeant, nisi coram Do-  
"mino Rege, vel Justiciariis suis de Banco? Et  
Vol. II. Y y y "Quo

“*Quo Waranto* clamat, Quod Justiciarii Domini  
 “Regis attendant ad Villam de **Dunestaple**,  
 “ad placitanda placita Domini Regis ibidem?  
 “Et *Quo Waranto* clamat habere Custodiam Pri-  
 “sonum in dicta Villa captorum, quæ ad Ipsum  
 “Dominum Regem & Coronam suam pertinent,  
 “sine Licentia & Voluntate Domini Regis.

“Et Prior Venit, et quoad Visum Franci-ple-  
 “gii, dicit, quod tota Villa de **Dunestaple** est  
 “de Feodo suo. Et habet in **Segenbo** Tres  
 “Carucatas Terræ. Et Medietas Villæ de **Husse-**  
 “**burne** est de Feodo suo; scilicet, quarta pars  
 “feodi unius Militis. Et Medietas Villæ de  
 “**flittewike** est de Feodo suo. Et Sexta pars  
 “de **Chalgrave**. Et Quinta pars de **Howtone**.  
 “Et Decima pars de **Thoternbo** est de Feodo  
 “suo. Et habet apud **Stodham** circiter De-  
 “cem tenentes.

“Et clamat tenere dictum Visum apud **Dun-**  
 “**staple**, de omnibus commorantibus in Villa  
 “de **Dunestaple**, semel in Anno. Et Tenet  
 “alium Visum apud **flittewike**, de omnibus  
 “commorantibus in Feodo suo in **Segenbo**,  
 “**Husseburne**, et **flittewike**, semel in Anno.  
 “Et tenet alium Visum apud **Howtone**, de  
 “omnibus commorantibus in Feodo suo in  
 “**Chalgrave**, **Howtone**, **Thoternbo**, et

MCCLXXXVI.

“**Stodham**, similiter semel in Anno sine Bal-  
“livo Regis ; et Nil dat Regi pro Visu habendo.

“Requisitus, quot habet Decennarias? Di-  
“cit, quod habet in Visu suo, quem tenet apud  
“**Dunestaple**, circiter Triginta Decennarias.  
“Et in Visu suo, quem tenet apud **flitewike**,  
“circiter Quatuor Decennarias. Et similiter in  
“Visu suo, quem tenet apud **Howtone**, circiter  
“Quatuor Decennarias Capitales.

“Requisitus, si habeat Furcas, Tumberellum,  
“et Pilloriam? Dicit, quod habet apud **Dune-**  
“**staple** omnia Judicialia, et Inquirit de omni-  
“bus Articulis in Visibus suis, de quibus Viceco-  
“mes &c. in Turno suo. Et capit Standardum  
“de Marescallo Regis. Et probat Mensuras &  
“Pondera, &c.

“Et prædictum Visum Franci-plegii et Weyf,  
“clamat per Cartam Regis *Ricardi*, quam pro-  
“fert, et in qua continetur, quod idem Rex  
“Concessit Ecclesiæ *Sancti Petri* de **Dunesta-**  
“**ple** & Canonicis ibidem Deo Servientibus Bur-  
“gum de **Dunestaple** cum omnibus pertinen-  
“tiis, excepta Curia Ipsius Regis, et exceptis  
“Domibus, quas *Henricus* Rex proavus suus in  
“Mana sua retinuit ; cum Socha & Sacha, Thol  
“& Theem, Infongeneþef & Forestal, Flemyng-  
“freth, & Hamfokne, et omnes Libertates &  
“Liberas Consuetudines et Quietancias, scilicet



MCCLXXXVI.

“de Affultu, Pacis fractura, Furtis, Murdro, San-  
 “guinis Effusione, et omnibus Rebus et omnibus  
 “Locis, et in omnibus Terris quæ ad Ecclesiam  
 “prædictam pertinent, vel in perpetuum perti-  
 “nebunt; et de omnibus Forisfactis suorum  
 “Hominum vel alienorum, ut in Terris suis ve-  
 † D. fol. 66, “nerint, † sint omnia Placita & Misericordiæ  
 b. “prædictis Canonicis, sicut Regi forent, si ipsas  
 “Terras in Manu sua teneret. Ita tamen, quod  
 “Regalis Justitia non remaneat, sed per Mi-  
 “nistros eorum juste & plene fiat. Concessit  
 “etiam, quod dictus Prior et omnes Homines sui,  
 “et res suæ, sint Quieti per Totam Terram in  
 “Mercatis et Nundinis, et in omni transitu Via-  
 “rum et Pontium, de Theloneo, Passagio, Pon-  
 “tagio, et Lastagio, Shiris et Hundredis, Wapen-  
 “takiis, Scottis, Geldis, Danegeldis, Hidagiis,  
 “Assartis, Operationibus, et aliis Regalibus Præ-  
 “stationibus, Auxiliis Vice-comitum, *Tpyng*  
 “peny per quam clamat habere Visum. Et Idem  
 “Rex præcepit, quod Nullus se intromittat de  
 “Terris seu Hominibus, seu Catallis suis, nisi  
 “Ipsi et Ministri eorum, ne Homines suos sive  
 “per Terram sive per Acram vexet aut distur-  
 “bet super Forisfacturam Ipsius Regis. Et ut  
 “omnia includat, Idem Rex eadem Auctorita-  
 “te, qua Rex *Henricus* proavus Ipsius Regis, de

---

 † Vel *Cything-peny*.

“Deo

MCCLXXXVI.

“Deo prædictum Burgum de *Dunstaple* Libere  
“& *Quiete* tenuit, et Eisdem Tenendum & Pos-  
“sidendum Concessit, et Carta sua Confirmavit.  
“<sup>1</sup> Idem Rex Eis Tenendam pro Salute Regis,  
“et ejus Anima, et pro Anima Patris sui Con-  
“cessit, et in perpetuum Confirmavit. Data cu-  
“jus Cartæ est apud *Verzeliacum*, tertia Die *Ju-*  
“*lii*, Anno Regni sui Primo. Quam quidem  
“Cartam Dominus *Henricus* Rex, Pater Domi-  
“ni Regis nunc, Confirmavit & ratam habuit.  
“Data Confirmationis per Manum Venerabilis  
“Patris *R. Citeffrensis* Episcopi & Cancellarii  
“Regis, apud *Westmonasterium* Decimo-tertio  
“die *Februarii*, anno Regni Regis ipsius, unde-  
“cimo. Unde dicit, quod clamat habere per  
“Cartam prædictam Visum Franci-plegii &  
“*Weyf*.

“Et similiter, per longam Seyfinam suam et  
“Prædecessorum suorum hucusque continuatam.  
“<sup>2</sup> Et similiter Retorna Brevium, Coronatores  
“proprios, Catalla Felonum et Fugitivorum, et  
“Amerciamenta Hominum suorum, et Quietan-  
“tiam de Communibus Finibus & Amerciamen-  
“tis, et similiter Mercatum et Feriam, illam vi-  
“delicet quam tenet Kalendis *Augusti*; et Mer-  
“catum quod tenet Diebus *Mercurii* et *Sabbati*  
“singulis Septimanis.

---

1 Sic. 2 Sic.

“ Et

MCCLXXXVI.

“Et aliam Feriam in Villa de **Dunestaple** clamat per Cartam Regis *Johannis*, Avi Domini Regis nunc, singulis Annis per tres dies duraturam; scilicet, Decimo die *Maii* et duobus Diebus sequentibus. Data apud *Rotomagum*, primo die *Julii*, anno Regni sui, quinto.

“Et similiter clamat per prædictam Cartam Regis *Ricardi*, quod Ipse nec Homines sui de Villa de **Dunestaple** respondeant de aliquo, nisi coram Rege vel Justiciariis suis de Banco. Et similiter, quod Justiciarii Regis accedant ad Villam de **Dunestaple**, ad placitanda placita ibidem; et similiter Custodiam Prisonum in dicta Villa captorum, &c.

“Dicit insuper, quod clamat placitare Brevia, quæ Vice-comes potest placitare; et inde percipere Misericordias; et similiter Placita *Vetiti Namii* infra Burgum suum prædictum, quæ tangunt Burgum prædictum. Clamat etiam percipere omnes Exitus, tangentes prædictum Burgum, de omnibus Placitis Placitatis ibidem coram Justiciariis Itinerantibus, tam de Placitis Coronæ quam de Placitis Terræ; una cum Catallis Felonum coram Justiciariis assignatis ad Gaolam deliberandam, et coram Justiciariis Itinerantibus: Et similiter de omnibus arrestatis & captis apud **Dunestaple**, tam de Extrinsecis quam de Intrinsecis, ubicunque Justitia de  
“ eis

MCCLXXXVI.

“eis fieri contigerit, licet fuerint extra Liberta-  
“tem. Et clamat Denarios provenientes de  
“Murdro infra prædictum Burgum. Et dicit,  
“quod capit <sup>1</sup> Extractas per Manum Vicecomi-  
“tis. Et quod omnia prædicta Ei allocantur su-  
“per compotum suum. &c.

“Et *Gilebertus de Thornethone*, qui sequitur  
“pro Rege, Dicit, quod prædictus Prior præ-  
“textu Cartarum Domini Regis clamat alias  
“Libertates, quam in Cartis continentur. † Un- † D. fol. 67.  
“de dicit, quod Nil habet in Libertatibus, quæ  
“in Cartis non continentur, nisi tantummodo  
“Occupationem Prædecessorum suorum. Quia  
“per Verba Generalia & Obscura Regiæ Digni-  
“tatis, quæ spectant ad Substantiam Coronæ,  
“ab ipsa Corona separari non possunt. Et in-  
“super Dicit, quod Regiam decet Majestatem  
“hujusmodi Libertates à Corona subtractas re-  
“vocare; maxime, cum Confirmatio sua non  
“Intervenerit. Et datus est Ei Dies de audien-  
“do Judicio suo coram Thesaurario & Baroni-  
“bus de Scaccario, à Die *Paschæ* in Quindecim  
“Dies”.

Præsentatio Hundredi de <sup>cude</sup> 2 Manneshefde.

“Præsentatum fuit nuper coram *Sampson* Fo-  
“lioth & *Edmundo de Caldekote* Justiciariis ad

---

1 *Estreats.* 2 *Manshead.*

“hu-

MCCLXXXVI.

“hujusmodi Inquisitiones capiendas assignatis,  
 “Quod *Paulinus Peyvre*, avus *Johannis Peyvre*  
 “qui nunc est, subtraxit Quadraginta Denarios  
 “de Hidagio, Domino Regi debitos, in Villa de  
 “*Haree*. Et prædictus *Johannes* Venit & dicit,  
 “quod non videtur Ei sine Breve Regis inde Re-  
 “spondere; quia nullam Injuriam neque Sub-  
 “tractionem fecit: sed si aliqua Subtractio fa-  
 “cta fuit, hoc fuit per prædictum *Paulinum*, et  
 “non per Ipsum. Et quia per Statuta *West-*  
 “*monasterii* evidenter constat, quod quilibet  
 “Dominus potest Distringere in Feodo suo pro  
 “Servitiis sibi debitis, à tempore quo Breve No-  
 “væ Disseisinæ currit; et prædictus *Johannes*  
 “dedicere non potest, quin Dominus *Henricus*  
 “Rex, Pater Domini Regis nunc, fuit seysitus  
 “de prædictis quadraginta Denariis, infra tem-  
 “pus prædictum. Postea venit prædictus *Johan-*  
 “*nes* et supplicat, quod possit habere Diem de  
 “ista Demanda, usque à Die *Paschæ in quinde-*  
 “*cim* Dies. Ideo datus est ei Dies prædictus  
 “apud *Westmonasterium* coram Thesaurario  
 “& Baronibus de Scaccario, &c. Postquam di-  
 “xerat coram *J. de Metyngham*, quod Prior de  
 “*Dunestaple* Ipsum inde acquietare debuit, per  
 “quoddam scriptum quod inde habere credidit.  
 “Et super hoc, datus est Dies tam prædicto  
 “Priori quam dicto *Johanni* usque in Crastinum.  
 “Quo

MCCLXXXVI.

“Quo die dictus Prior venit, & dictus *Johannes*  
“per Attornatum suum. Et dictus Attornatus  
“dixit, quod Nil habuit, per quod dictus Prior  
“Ipsam acquietare debuit”.

Prædicti Justiciarii in *Octabis Purificationis* re-  
cedentes à *Bedeforde*, adierunt *Londoniam* ad  
Parliamentum, per Consilium Domini Regis vo-  
cati, *Hundredo de Kadeburnestoke* quoad Co-  
ronam, & pluribus aliis Brevibus & Querelis de  
Corpore Comitatus minime Placitatis. Sed per  
dictos Justiciarios datus est Dies Communis apud  
*Dunestaple* Die *Lunæ ante Cineres*; scilicet in  
Crastino *Sanctæ Julianæ Virginis*. Prior vero de  
*Dunestaple* sentiens se per hoc gravatum, & Li-  
bertati suæ de *Dunestaple* præjudicium generari,  
fecit illam præfixionem per Domini Regis Con-  
siliium revocari apud *Bedeforde*, per Breve. Et  
dictum est Justiciariis prædictis, ne aliquid Placi-  
tarent apud *Dunestaple*, nisi Libertatem Burgi  
de *Dunestaple*.

Et prædicto Die *Lunæ ante Cineres*, *Willelmus*  
*de Saham*, *Johannes de Metingham*, et *Rogerus*  
*Loveday* Justiciarii, & Socii Domini *Johannis de*  
*Wallibus*, federunt apud *Dunstaple* per tres dies  
continuos ad Custum Prioris; et placitabant so-  
lummodo Brevia Libertatis Burgi *Dunstapliæ*.  
De Forensibus ibidem aliâs attornatis nihil; sed  
omnia apud *Bedeforde* sunt remissa.

MCCLXXXVI.

Non permiserunt, quod Prior haberet Clericum suum Rotulantem cum suis Clericis: quia de hoc fuit Prior extra Seyfinam per *Rogero de Seytone*, ultimò Justiciarium Itinerantem apud **Dunstaple**: et datus est super † hoc dies dicto Priori ad Scaccarium *Londoniæ*, à die *Pasche* ad *Quindecim dies*.

† D. fol. 67.  
b.

In singulis Casibus, Libertatem Prioris tangentibus, multum rigide sed satis Curialiter se habebant, Exceptis Articulis de Corona, ubi fuit Ipsa Libertas sæpius in Periculo; sed salvata est, Deo Gratias. Excepto, quod de Catallis Felonum Extraneorum in Villa venientium, Vice-comitem *Bedefordiæ* onerabant, Cartis Regum *Angliæ* quas Prior protulit, et longa sua *Seyfina*, non obstantibus. Tamen super hoc datus est Dies Priori, ut supra. Et præceptum est dicto Vice-comiti, ut ipsa Catalla interim non levaret.

pecunia-  
rum sum-  
mæ alieno  
Atramen-  
to descri-  
buntur.

Et dicti Justiciarii à *Dunestaplia* discedentes, *Bedefordiam* adierunt: Et diē *Jovis & Veneris*, & *Sabbati*, ibidem omnia Brevia, apud **Dunestaple** <sup>1</sup> ajornata, perplacitabant, suo Itinere terminato. Et americiatus est totus Comitatus per eosdem, ad *Quadragesima* Marcas, pro falso Judicio. Et expendit Prior Noster apud *Bedefordiam* in ipso Itinere, *Octodecim Libras* & unam *Marcam*. Item, expendit apud **Dune**

<sup>1</sup> *Vel*, adjornata.

ita

MCCLXXXVI.

**staple** in Eorum adventu, Quatuordecim Libras, septendecim Solidos, tres Denarios.

Eodem anno, per Statutum **Wyntonie**, omnes Bosci super Vias Regias extendentes ex utra-

que parte ad ducentos Pedes sunt prostrati: <sup>felled</sup> similiter et Vivæ sepes. Et tunc prostratus est Boscus de **Wocwode**, et <sup>1</sup> Grava Nostra de **Shorte-grabe** in forma prædicta.

Eodem anno, à die *Paschæ* in unum Mensem, Dominus Rex & Regina partes *Franciæ* adierunt, et in partibus Transmarinis per Tres annos continuos sunt Morati. Et Dominus *Philippus*, Rex *Franciæ*, restituit Regi Nostro Civitates plures, et plures Libertates, ut dicitur.

Eodem anno, Mortuus est Dominus *Petrus Lorenge* Mense *Januario*; qui super omnes Progenitores suos specialiùs nos amavit.

Eodem anno, in æstate, fecimus cariari de Gaola Nostra de **Dunstaple**, *Johannem* & *Edmundum* usque **Norwicum**, coram Justiciariis Itinerantibus ibidem, propter maximas Felonias, quas fecerant in illis partibus. Et ibi suspensus est dictus *Johannes*, et *Ædmundus* mortuus in Prifona.

MCCLXXXVII.

Anno Gratia 1287 inchoante, obiit Papa Ho-

---

<sup>1</sup> *Lucus, Grobe.*



MCCLXXXVII.

*norius* Quartus. Et cum per Contentionem Cardinalium vacasset Sedes fere per Annum; successit *Nicholaus* Quintus, qui fuit Frater de Ordine *Minorum*: et prius *Ieronimus* vocabatur.

Eodem anno, Domnus *Salomon de Roffa* Clericus, et Socii sui Justiciarii Domini Regis Itinerantes, Sederunt apud *Hertforde* in Octabis *Paschæ*. Prior Noster comparuit coram Eis pro Tenementis suis in *Brareworthe*. Neminem inplacitavit, nec fuit Inplacitatus; et quarto die Licentiatus, recessit.

Eodem anno, à Die *Paschæ in Quindecim dies*, Prior Noster obtulit se coram Baronibus Scaccarii *Londoniæ*, ad Respondendum Quo Waranto Libertates vendicaret, sicut in Scedula quadam plenius continetur. Et datus est eidem Priori Dies ibidem, à Die *Sancti Michaëlis* proximo in *Quindecim dies*. Et in Ipso Festo *Sancti Michaëlis*, obtulit se ibidem dictus Prior. Et dictus est Ei alius dies, à die *Paschæ in Quindecim dies*, ad Respondendum de prædicto Quo Waranto.

Eodem anno, ad impediendum Machinationes & Mala *Fratrum Prædicatorum* in *Dunstable* fecimus *Thomam* Janitorem Nostrum emere Mesuagium, quondam *Roberti Franceys* in *Dunstable*, proximum Areæ dictorum Fratrum: et à dicto *Thoma* cepimus Feofationem de Mesuagio supradicto; ne dicti Fratres, Nobis invitis,  
Ter-

MCCLXXXVII.

Terminos dilatarent. Et est Cyrographum in Curia Domini Regis inter dictum *Thomam* et ipsius *Mesuagii* Venditorem. Et per Ipsum Contractum, in Corrediis annuis, & aliis, graviter fuimus Onerati.

Eodem anno, quidam Parochiani Nostri de **Validene** in *perco*, Nativi Dominæ *Elenæ*, quæ Manerium de **Validene** nomine Dotis tenebat, Pratum quoddam in **Validene** de Novo redegerant ad Culturam. De quo Prato, plus habuimus nomine Decimæ circa Portionem assi-

<sup>nook</sup>

gnatam in angulo dicti Prati. Tempore Mesium, petivimus † Decimam integram à Colonis. † D. fol. 68.

Quibus dissimulantibus reddere, ipsis quasi invitis, asportavimus, Nominè Decimæ, circiter Quatuor vel tres Garbas. Propter quod, dicta Dominæ *Elena* Nos inplacitavit in Comitatu *Derbeie* de *recenti Forcia*, sine Brevi, sicut moris est in ipso Comitatu. Postea, mediantibus *Willelmo*

<sup>mundo?</sup>

de *Menyl*, *Eadwardo de Munchoye*, Militibus, Decano de **Castelle**, et *Stephano de Irtone*, ac aliis Communibus Amicis qui intererant apud *Atte Lowe*, sic inter Priorem & ipsam Dominam est Conventum; videlicet, quod dictæ Garbæ, per Priorem asportatæ, penes Ipsum Priorem & Ecclesiam suam de **Bradburne**, Nominè Decimæ,

MCCLXXXVII.

mæ, pacifice remanerent. Et quod dicta Domina *Elena* et *Villani* sui incultum relinquerent<sup>1</sup> suo perpetuo dictum pratum. Si autem processu temporis contingeret illud seminari, salva esset dicto Priori & suis Successoribus Actio perquirendi plenam Decimam de eodem, quatenus ratio suaderet. Misericordiam vero Vice-comitis *Derbeiensis*, pro Placito quod fuit in Comitatu, dicti Prior & Domina perfolverunt.

Eodem anno, statim post Festum *Omnium Sanctorum*, dictus Prior de *Dunstaple* Locum suum de *Bradburne* personaliter Visitavit, & invenit ibi in Grangiis multum Bladi generis cujuscunque, propter fertilem Messem, quæ generaliter per *Angliam* fuerat ipso anno. Et tunc fuit ibi summa Ovium per totum, Octies Centum per Majus Centenarium. Ære alieno oneratus vehementer fuerat dictus Locus, propter defectum Bladi, et alios casus<sup>2</sup> fortuitus, qui in Ipso Loco annis præteritis contigerunt. Parvus autem Boscus ex parte Boreali, quem Frater *Henricus de Nemetone* Canonicus dudum ibidem plantaverat, ex Fraxinis et aliis diversi generis Arboribus confitus, tunc fuit altus et satis delectabilis ad videndum.

Eodem anno, fuit tanta Frugum Abundantia, quod diu post *Pascha* sequens, generaliter vende-

---

<sup>1</sup> F. sibi, nisi sub vel pro malis. <sup>2</sup> Sic. L. fortuitos.

MCCLXXXVII.

batur Quarterium Frumenti pro Viginti Denariis. Quarterium Avenæ & Fabarum, pro Duodecim Denariis.

Eodem anno, in Hyeme fuit maxima inundatio Pluviarum; et Mare Septentrionale ab *le Dumbre* usque ad *Geremue* consuetum alveum pertransibat; et in Latitudine alicubi per Tres Leucas, alicubi per Quatuor; quicquid reperit, submersit. De Hominibus vero, Ovibus & Jumentis, maxima Multitudo est necata.

Eodem anno, in æstate, *Resus à Mereduch Walensis*, in partibus *Walliæ* guerram movit, pro eo, quod *Robertus* <sup>1</sup> *Typetop* & *Alanus Plukeneth*, Senescalli Domini Regis ibidem, arctarunt Eum ad sequendum Comitatum et Hundreda, sicut alibi in *Wallia* tunc fiebat; contra Libertatem, quam Idem *Resus* habuit per Dominum *Edwardum Regem Angliæ*. Et quia dictus *Resus* Hominibus Domini Regis plurima Damna fecit, Episcopus *Eliensis*, Prior Hospitalis *Jerusalem*, et Comes *Globerniæ* cum <sup>2</sup> *Barnagio Angliæ* adierunt partes Illas. Et fugatus est dictus *Resus*; et qui cum Eo fuerant sunt dispersi: et Castra sua sunt prostrata. Et in ruina Muri cujusdam ex ipsis Castris, Dominus *Willelmus de Monte-chenisio* et quidam alii ex Nostris sunt oppressi.

---

1 *Sive Typetot vel Tibetot.* 2 *Vel Baronagio.*

MCCLXXXVII.

Eodem anno, in Ecclesia Cathedrali **Herefordensi** fecit Deus Miracula Magna valde per *Thomam de Cantilupo*, Episcopum dicti Loci. Qui pro Absolutione obtinenda à Sententia, qua per Archiepiscopum fuerat innodatus, Curiam *Romanam* adiit; et Absolutus rediens, obiit in partibus *Transmarinis*. Fertur, quod dictus Episcopus cernens Sibi Mortem proximam, præcepit † Cubiculariis suis, ut Cilicium de <sup>1</sup> *Grossa* confeta contextum (quo jugiter utebatur) tollerent, et in Igne, quem Ipso jubente præparaverant, concremarent. Quod cum à carne vix extraherent Sanguinolentum, in Igne missum non ardebat. Ipsemet etiam Episcopus illud in Igne posuit, et non arsit, sed illæsum usque hodie, et integrum perseverat.

† D. fol. 68,  
b.

Eodem anno, obiit *Stephanus*<sup>2</sup>, Episcopus **Cycestrensis**, Vir magni Meriti coram Deo; qui fuit Capellanus Sancti *Ricardi*<sup>3</sup>, proximi Prædecessoris sui in Ecclesia supradicta. . . . . <sup>Ibi etiam?</sup> Dominus multa Miracula operatur.

Eodem anno, obiit Magister *Henricus de*<sup>4</sup> *Braunceter* Episcopus **Sarisburiensis**, ipso Anno Installatus.

Eodem anno, *Thomas Perchesoyl*, Præpositus

<sup>1</sup> Id est, magnis setis.    <sup>2</sup> *Berksteed.*    <sup>3</sup> *De la Wick.*  
<sup>4</sup> *Vel Braundston sive Brandeston.*

MCCLXXXVII.

Prioris in Burgo de **Dunstaple**, Respondit & Satisfecit Scaccario Prioris de Undecim Libris, et de Octodecim Solidis, et de Uno Denario, quos receperat de Finibus & Misericordiis Hominum de **Dunstaple**, amerciatorum per Justiciarios Domini Regis Itinerantes & Sedentes apud **Dunstaple**, anno Regni Regis *Edwardi* quinto-decimo, in Capite-Jejunii. Et præterea, remansit idem *Thomas* in debito Priori de Decem Solidis & Septem Denariis, pro eadem receptis, quos solvet.

Eodem anno, Solvimus *Hugoni le Blund*, Vicecomiti **Hertfordie**, unam Marcam pro pluribus defaltis<sup>2</sup> *Judaysmi*, unde habemus Talliam. Quam quidem Marcam dudum Solvimus *Roberto de Hormade*, tunc Ballivo<sup>3</sup> *Dacorum*.

Eodem anno, *Walterus* Dominus de **Stodham** solvit Scutagium pro *Wallia* Executoribus *Willelmi Marscalli* Domini sui Capitalis. Et tunc dictus *Walterus* omnia Tenementa Nostra, quæ de Feudo suo tenuimus in **Stodham**, acquietavit, secundum tenorem Cartæ *Johannis* Patris sui.

Eodem anno, *Mathæus*, Prior de **Caldewelle**, fecit Resignationem suam in Manu *Oliveri*, **Lincolniensis** Episcopi, Domum illam Visitantis. Et eodem Die, per Canonicam Electionem Confir-

---

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W. Forte*, eodem. <sup>2</sup> Sic. <sup>3</sup> **Deans**, (i. e. Upper-Deans and Lower-Deans) ut opinor.

MCCLXXXVII.

matus est in Priorem et Installatus, *Johannes de Dypre*, Canonicus dicti Loci. Et illud Negotium ita maturatum est propter quosdam, qui injuste Advocationem dicti Monasterii vendicabant.

Eodem anno, Quicquid Lignæ Fabricæ in Nobilissima Turri de *Bernewelle* fuerat; ictu Fulguris est combusta.

Eodem anno, Cum quidam ex Proceribus *Franciae*, prætextu Sedis Apostolicæ Vacantis, Insultum facere proponerent in *Petrum de Aragon* Junioem; per Vafallos dicti *Petri* capti sunt in Mari. Unde quidam sunt occisi, alii evulsis Oculis cæcati; et pauci per Redemptionem deliberati. Inter quos, *Guydo de Monte-forti* captus est, et graviter Inprisonatus.

Eodem anno, *Kalendis Marcii*, *Oliverus Lincolniensis* Episcopus, Visitavit personaliter Monasterium Nostrum de *Dunstaple*, in Capite & in Membris: sed Procurationem non accepit.

MCCLXXXVIII.

Anno Gratiae 1288, quasi intrante, Obiit *Wilhelmus le Bretun*, Prior Noster, apud *Kokeshoc*; ubi per Septennium moram traxit; et apud *Dunstaple* in Capitulo, sicut Prior, honorifice est sepultus.

---

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W.* Lege, combustum.

MCCLXXXVIII.

Eodem anno, in *Quindena* <sup>1</sup> *Phasce*, obtulit se Prior Scaccario Domini Regis pro Quo Waranto. Et positum fuit illud in Respectum per totum Annum <sup>2</sup> sequens.

Eodem anno, Inplacitavimus *Milesentam de Monte-Alto* coram Justiciariis in Banco per Breve de *Transgressione*, pro Injusta Captione & Retentione Porcorum Nostrorum apud *Thoterho*; Et per Breve de *Disseysina* coram Justiciariis <sup>3</sup> assignatis apud *Sanctum Neotum*. Sed in ipsis Placitis parum profecimus propter magnum favorem, quem utrique Justiciarii impendebant dictæ *Milesentæ*. Et fecimus in illis placitis Expensas magnas Valde.

Eodem anno, Executores *Nicholai* <sup>4</sup> Decani *Lincolniensis* de Bonis Ipsius Defuncti, Fabricam Ecclesiæ de *Lettone* perfecerunt.

Eodem anno, fuit æstas sicca nimis & calida, qualis non fuit ab annis pluribus retroactis: et Mortalitas Hominum per-maxima est secuta. Hyems frigidissimus & gelatus fuerat, & Nix Magna.

Eodem anno, celebratum fuit Capitulum Generale Nostri Ordinis apud *Dunstaple*; in quo Præsidentes fuerunt Abbas de *Circestre*, et Prior de *Kenelworthe*; qui nihil Novi statue-

---

<sup>1</sup> Sic, pro Paschæ.    <sup>2</sup> Sic Apogr.W. pro sequentem.    <sup>3</sup> Sic.  
<sup>4</sup> Heigham.    <sup>5</sup> Sic. An Luton?



runt; injungentes quod Statuta Vetera servarentur.

† D. fol. 69. † Eodem anno, Obiit <sup>1</sup> Abbas de **Waltham**, Vir bene Religiosus; ac charus tamen fuit ad **Wintonetum**.

Eodem anno, Frater *Ricardus de Clappewelle*, qui anno præcedenti super pluribus Transgressionibus Fidei correptus fuerat, obtulit se in Curia Domini Papæ. Et ibi impositum est Ei perpetuum silentium super suis Opinionibus. Postea adiit <sup>2</sup> **Leoncinam**, ipsas Hæreses renovando: sed ibi incidit in desipientiam et miseriam magnam valde; ita ut, Evulsis Oculis, Vitam cum angustia terminaret.

Eodem anno, duravit Frugum abundantia; et pro simili pretio Quarterium vendebatur sicut anno præcedenti.

Eodem anno, coram Justiciariis, ad **Gaolam** deliberandam assignatis, factum est Duellum in **Dunstaple** inter duos Latrones, et Victus est Defensor. Et Probator ductus est **Londoniam**, eo quod Forens . . appellasset.

Eodem anno, Vacavit Ecclesia de **Bussedene** per Resignationem Domni *Roberti de Scardebure*. Et *Johannes* nepos suus, ad Nostram Præ-

---

<sup>1</sup> *Reginaldus de Maid:nbeth, ut videtur. Vide Lelandi Coll. Vol. VI. p. 201.* <sup>2</sup> *An, Leonicam?*

MCCLXXXVIII.

fentationem, sine difficultate admissus est ad Eandem.

Eodem anno, *Radulfus*, filius *Roberti Pyke* de *la Lepe*, Nativi Prioris, venit in plena Curia Nostra apud *Segenbo*, et recognovit, se esse Nativum Prioris, et pro Voluntate ipsius Prioris talliandum. Et fecit Finem de Viginti Solidis, pro Eo quod per tantum tempus se elongaverat à Feudo Prioris.

Eodem anno, Domnus *O(liverus) Lincolnien-sis* Episcopus, Dominica Quinquagesimæ Visitavit Prioratum Nostrum, in Capite & in Membris.

Eodem anno, Circa Novam Salam & Solarium apud *Bullockeshulle*, fecimus Sumptus magnos in Merenno, Cibariis, & Stipendiis.

Eodem anno, à Professione facienda, reppulimus *Walterum de Sewelle*, quia minus Literatus fuit: quia levis in Gestu, et multipliciter inquietus. Fratres *Walterus de Badelesdene*, *Ricardus de Sancto-Albano*, & *Rogerus de Dereby*, qui cum Eo steterant in Probatione, ad Professionem sunt admissi.

MCCLXXXIX.

Anno Gratia 1289. ¶ Processus in Placito, quod Prior de *Dunstaple* movit versus *Milesentam de Monte-Alto*, et quosdam alios, coram Justiti-

(Inter Record. Reg. E. filii R. Hen. 2º. 16. Ro. 31.)

sticiariis in Banco: de Transgressione sibi facta  
in **Thotrinho**.

“ *Milesenta de Monte-Alto, Johannes de Castre-*  
“ *tone, et Willemus Abbejoie* Summoniti fuerunt  
“ ad Respondendum Priori de **Dunstaple**, de  
“ Placito, quare ceperunt Averia ipsius Prioris,  
“ et Ea injuste detinuerunt contra Vadium &  
“ Salvos Plegios, &c. Et unde queritur, quod  
“ prædicta *Milesenta* die *Lunæ* proxima ante fe-  
“ stum *Sancti Barnabæ* Apostoli, anno Regni Re-  
“ gis nunc Decimo-quinto, cepit; et per prædi-  
“ ctos *Johannem & Willemum* capere fecit Qua-  
“ draginta & Quatuor Porcos ipsius Prioris in  
“ Villa de **Toternho** in quodam Loco, qui vocatur  
“ **Herthene Dene**, et illos fugavit usque ad Do-  
“ mum **Willemi Inge** in eadem Villa; et Illos  
“ ibidem detinuit contra Vadium et Plegios, quo-  
“ usque deliberati fuerunt per Præceptum Do-  
“ mini Regis. Unde dicit, quod deterioratus est,  
“ et damnum habet ad Valentiam Centum So-  
“ lidorum; et inde producit Sectam, &c.

Hertha (i.  
e. Tellus)  
Dea Anglo-  
Saxonum.

“ Et *Milesenta* et alii venerunt et defende-  
“ runt Vim & Injuriam, quando &c. Et prædi-  
“ cta *Milesenta* Respondit pro Se & aliis, et be-  
“ ne cognovit, quod prædictos Porcos Cepit, et  
“ juste. Dicit enim, quod præfati Porci fuerunt  
“ de Nutritura Ipsius Prioris in **Dunstaple**; quæ  
“ quidem Villa non Communicat cum Villa de

“ **To**

MCCLXXXIX.

“**Toternho**, ratione alicujus Tenementi in **Dun-**  
“**staple**. Et quos Porcos invenit fodientes in  
“Pastura sua de **Toternho**, et damnum facien-  
“tes; et pro Eo, cepit eosdem Porcos, donec  
“prædicta Transgressio ei emendaretur.

“Et Prior dicit, quod Ipse habet Terras &  
“Tenementa in prædicta Villa de **Toternho**;  
“et Ipse & Prædecessores sui † à tempore quo <sup>† D. fol. 69,</sup>  
“non extat Memoria, et antequam prædicta <sup>b.</sup> *Mi-*  
“*lesenta* vel Antecessores sui aliquid habuerint  
“in prædicta Villa de **Toternho**, fuerunt in Sey-  
“fina habendi Communam suam de Porcis suis  
“in eadem Villa, tanquam pertinentem tam ad  
“Tenementum suum in **Dunstaple**, quam ad  
“Tenementum suum in **Toternho**: et de hoc,  
“ponit se super Patriam, &c. et prædicta *Mile-*  
“*sentam* similiter. Ideo præceptum est Vice-co-  
“miti, quod Venire faciat hic, à die **Sanctae**  
“**Trinitatis** in Quindecim dies, Duodecim Li-  
“beros & Legales Homines de Balliva sua, per  
“quos Rei Veritas melius sciri poterit & inquiri.  
“Et qui nec prædictos Priorem vel *Milesentam*  
“Consanguinitate vel Affinitate attingant, ad  
“Recogn                    &c. Quia tam &c.”

¶ “De Termino *Sancti Hillarii* nihil hęc.

¶ “Postea, à die *Paschæ* in *Quindecim Dies*,  
“Venerunt Jurati; qui dicunt super Sacramen-  
“tum suum, quod Prædecessores prædicti Prio-  
“ris,

MCCLXXXIX.

“ris, à Tempore Foundationis Domûs de **Dun-**  
 “**staplia** fuerunt in Seyfina habendi Commu-  
 “nam prædictam de Porcis Ipsius Prioris, tam de  
 “Nutritura sua de **Dunstaple** quam de **Cotez-**  
 “**no**, tanquam pertinentem ad Liberum Tene-  
 “mentum suum in **Dunstaple**. Ideo, Consi-  
 “deratum est, quod prædictus Prior recuperet  
 “damna sua; quæ taxantur per Juratores ad  
 “Duos Solidos. Et *Milesenta* et alii pro injusta  
 “Detentione, in Misericordia, &c.”

{ *Walterus de Bisele, Miles.*

{ *Johannes Poleyn.*

{ *Alardus le Lorenge.*

{ *Petrus de <sup>1</sup>Norhtwode.*

{ *Walterus de Pecchesdene.*

{ *Radulfus le Marschal.*

“Jurati, { *Johannes Hermer.*

{ *Johannes Passelewe.*

{ *Ricardus de Heywode.*

{ *Robertus de la Borne de Craucforde.*

{ *Gilebertus filius Walteri de eadem.*

{ *Nicholaus Abboth.*”

¶ “Rex Vice-comiti **Bedefordie** Salutem.  
 “Scias, quod *Robertus de Chetewode*, *Ricardus Go-*  
 “*bion*, *Johannes Passelewe*, *Johannes de Seybroc*,

I Vel *Norhtwode*.

“Jo-

MCCLXXXIX.

“Johannes Poleyn, Athelardus le Lorenge, Petrus  
 “de <sup>1</sup> Nordthwode, Johannes Hermer, Willelmus  
 “Bernard, Radulfus le Marefcal, Robertus de la  
 “Burne de Ampthille, Gillebertus filius Walte-  
 “ri, Thomas Bernake, Andreas de Manyngbo, Hu-  
 “go de Effeby, Simon de Bremehangre, Johannes  
 “filius Radulfi de **Wartone**, Radulfus le Waleys,  
 “Petrus le Waleys, Petrus de Flitte, Walterus de  
 “Pekefdene, Johannes <sup>2</sup> Thayleboys, Nicholaus Ab-  
 “bot, Ricardus de Heywode, Ricardus le Hunte,  
 “et Johannes Torold, fuerunt in Curia Nostra  
 “coram Justiciariis Nostris apud **Wæstmona-**  
 “**sterium**, à Die Paschæ in Quindecim dies, in  
 “quadam Jurata inter Priorem de **Dunstaple**  
 “Querentem, et Milefantam de Monte-Alto; de  
 “Placito *Transgressionis*, per <sup>3</sup> Distriktionem,  
 “quam Eis, per Præceptum Nostrum fecisti. Et  
 “ideo Tibi præcipimus, quod Distriktionem il-  
 “lam omnino relaxes; et omnes Exitus, quos de  
 “Terris et Catallis Eorundem in Balliva tua ea  
 “Occasione fieri fecisti, eisdem sine Dilatione  
 “rehabere facias. Teste *T. de Weylonde*, sexto  
 “die *Maii*, anno decimo-septimo.”

---

<sup>1</sup> Vel *Nordthwode*. <sup>2</sup> Vel *Tayleboys*. <sup>3</sup> Sic *Apogr. W.*  
*Sed recte, tam hic, quam & mox, Distriktionem, ut puto.*

¶ Affisa coram *R. de Boyland* et Sociis suis Justiciariis, assignatis, primo Summonita, et postea coram *Johanne de Metingham*, et *E. de Bekyngam*, Capta apud *Wickeleswade*, die Sabbati ante Festum *Sancti Gregorii*, anno Regni Regis *Edwardi* decimo-octavo.

¶ *Houctone.*

“*Bed.* ¶ Affisa venit recognitura, si *Milesenta de Monte-Alto*, *Johannes de Castretone*,  
 “*Daniel le Messer*, *Radulfus Oky*, *Radulfus le*  
 “*Bercher*, *Gregorius atte Hale*, *Hugo Beket*, *Robertus Phelip*, et *Mathæus Spongebolle* injuste,  
 “&c. disseisiverunt Priorem de *Dunstaple* de  
 “*Communa Pasturæ suæ in Houghtone*, tan-  
 “quam pertinente ad *Liberum Tenementum*  
 “*suum in Houctone et Dunstaple* post Pri-  
 † D. fol. 70. “*mam*, &c. et unde queritur, † quod *Disseisiave-*  
 “*runt eum de Communa Pasturæ suæ in Ducen-*  
 “*tis Acris Terræ Communandi cum omnibus*  
 “*Averiiis suis quolibet primo Anno post Blada*  
 “*asportata*; et quolibet *Secundo Anno* per to-  
 “*tum annum*, &c.

“Et prædicta *Milesenta* per quendam *Johan-*  
 “*nem de Castretone*, *Ballivum suum*, venit, & *Re-*  
 “*spondit pro se & omnibus aliis tanquam Te-*  
 “*nens*. Et dicit, quod nullam fecit *Injuriam*;  
 “*quia*

MCCLXXXIX.

“quia dicit, quod prædictus Prior est in Seifina  
“Comunandi in prædicta Communa Pasturæ  
“cum omnibus Averiiis suis de **Hougton**, in  
“eadem Villa de **Houctone**. Sed dicit, quod  
“prædictus Prior Communam in prædicta Villa  
“de **Hougton**, tamquam pertinentem ad Libe-  
“rum Tenementum suum in **Dunstaple**, cla-  
“mare non potest: Quia dicit, quod prædictæ  
“Villæ de **Houctone** et **Dunstaple** sunt de  
“diversis Baroniis. Et quod prædicta Villa de  
“**Houctone** est de Antiquo Dominico Coronæ  
“Domini Regis, ubi nullum Breve currit nisi  
“Parvum Breve de Recto Clausum. Et pe-  
“tit Judicium, si debeat Ei inde ad hoc Breve  
“Respondere.

“Et Prior dicit, quod quidam *Henricus* Rex,  
“Filius Conquæstoris, Antecessor Domini Regis  
“nunc, dedit cuidam Priori de **Dunstaple**  
“Prædecessori suo, et ejusdem Loci Conventui,  
“totam Villam de **Dunstaple** cum omnibus  
“pertinentiis suis, per Cartam prædicti Domini  
“*Henrici* Regis, quam profert, et quæ hoc idem  
“testatur. Unde dicit, quod omnes Prædecesso-  
“res sui, et Ipse semper, huc-usque, fuerunt in  
“Seyfina de prædicta Communa Comunandi  
“cum omnibus Averiiis suis de **Dunstaple**, in

---

*I Sic.*

B b b b 2

“ præ-



## MCCLXXXIX.

“prædicta Villa de **Hougton**; et fugandi ad  
 “Voluntatem Ipsius Prioris et Prædecessorum  
 “suorum de prædicta Villa de **Dunstaple** usque  
 “in Communam de **Hoctone**: quousque præ-  
 “dicta *Milesenta* & alii Ipsum inde injuste, &c.  
 “disseisiverunt. Et hoc petit, quod Inquiratur  
 “per Assisam. Dies datus est eis, usque diem  
 “*Sabbati* proximum post Festum *Exaltationis*  
 “*Sanctæ Crucis*. Ad quem diem Venerunt præ-  
 “dicti Prior & *Milesenta*.

“Et prædictus Prior dicit, quod prædictum  
 “Manerium de **Hougton**, fuit aliquo tempore  
 “in Seyfina Regum *Angliæ*; sed postquam Ma-  
 “nerium illud devenit extra Seifinam suam, Te-  
 “nentes ejusdem Manerii Placitaverunt per  
 “Communia Brevia. Et quod Natura Socagii  
 “mutata fuit in Liberum Feodum. Et quod ita  
 “fit, petit, quod Inquiratur per Assisam.

“Et prædicta *Milesenta* dicit, quod <sup>1</sup>qualiter-  
 “cunque aliqui Tenentes prædicti Manerii pla-  
 “citaverunt per Communia Brevia; hoc non  
 “debet Ei præjudicare. Quia, dicit, Integrum  
 “prædicti Manerii semper hucusque remansit de  
 “Antiquo Dominico Coronæ Domini Regis.  
 “Et, de sicut prædictus Prior non potest dedi-  
 “cere, nec aliquid ostendit in Evidentiam Cu-  
 “riæ, per Quod Natura Socagii prædicti Mane-

---

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W.* pro qualitercunque.

MCCLXXXIX.

“rii per Antecessores Regis *Angliæ* mutata fuit  
“de Antiquo Dominico in Liberum Feodum;  
“petit Judicium, si Affisa inter Eos procedere  
“debeat.

“Dies datus est prædictæ *Milesentæ* de ha-  
“bendo Recordo del *Domesday*, hic, die *Mer-*  
“*curii* proxima post Festum *Sancti Hillarii*; quo  
“die Justiciarii non Venerunt. Per quod man-  
“datum fuit Vice-Comiti *Bedefordie*, quod Ve-  
“nire faceret istam Affisam simul cum aliis de  
“Comitatu *Bedefordie* die *Veneris* proxima an-  
“te Festum *Sancti Michaëlis*. Ad quem Diem  
“Venerunt prædicti Prior et *Milesenta*, et omnes  
“alii. Et prædicta *Milesenta* profert Recor-  
“dum del *Domesday* sub Sigillo Domini Regis  
“de Scaccario, quod testatur, quod prædicta  
“Villa de *Houctone* est Antiquum Dominicum  
“Coronæ Domini Regis. Et prædictus Prior  
“quæsitus, siquid habeat, per quod prædicta  
“Villa de *Houctone* mutatur de Natura Socca-  
“gii extra Antiquum Dominicum Coronæ, &c?  
“Dicit, quod prædictus *Henricus* Rex, Filius  
“Conquæstoris, Fundator Ecclesiæ suæ de *Dun-*  
“*staple*, Dedit Deo et Ecclesiæ suæ *Sancti Petri*  
“de *Dunstaple*, et cuidam Prædecessori suo, et  
“Successoribus suis, totum Burgum de *Dunsta-*  
“*ple*, et Communam in Bosco de *Houctone*, et  
“in *Houctone*, quo tempore eadem Villa de  
“*Houc-*

MCCLXXXIX.

"Houctone extitit in Sayfina prædicti Domini  
 "Henrici Regis, per Cartam ejusdem Domini  
 "Henrici Regis quam profert, et quæ hoc idem  
 "testatur. Unde dicit, quod omnes Prædeceffo-  
 "res fui & Ipse à tempore quo prædicta Eccle-  
 "fia Fundata fuit, fuerunt Ipsi in Seyfina Com-  
 "munandi in prædicta Communa de Houctone,  
 "tanquam pertinente ad Liberum Tenementum  
 "suum in Dunstaple, ut de Jure † Ecclesiæ suæ  
 "supradictæ, quo usque jam tribus Annis Ela-  
 "psis, quod prædicta Milesenta et alii Ipsum in-  
 "juste &c. disseysiverunt; Et hoc petit, quod In-  
 "quiratur per Assisam, &c.

† D. fol. 70.  
b.

"Et prædicta Milesenta dicit, sicut priùs,  
 "quod prædicta Villa de Houctone est Antiquum  
 "Dominicum Coronæ, &c. ut patet per Recor-  
 "dum *del Domesday*. Et quod Tenementa in-  
 "fra dictum Manerium existentia, nec aliquid  
 "de pertinentibus, non possunt Placitari nisi per  
 "Parvum Breve Clausum. Unde petit Judicium,  
 "de sicut supponit per istud Breve 1 recuperare  
 "Communam in Houctone, pertinentem ad Li-  
 "berum Tenementum suum in Dunstaple. Quæ  
 "2 quidem Communa non potest per Istud Breve  
 "Placitari; petit Judicium, si Assisa ista inter  
 "Eos procedere debeat, &c. Et quia prædictæ

1 Sic. 2 An, quia ?

" Villæ

MCCLXXXIX.

“Villæ de **Houctone** & **Dunstaple** sunt de di-  
 “versis Baroniis; et etiam quia satis constat per  
 “Recordum *del Domesday*, quod prædicta Villa  
 “de **Houctone** est de Antiquo Dominico Coro-  
 “næ, &c. nec prædictus Prior aliquid profert in  
 “Evidentiam, per quod Communa de **Houctone**  
 “debet pertinere ad Liberum Tenementum suum  
 “in **Dunstaple**: Et etiam, quia prædicta *Mile-*  
 “*senta* clamat Tenere de Domino Rege per Ba-  
 “roniam; et Prior clamat prædictam Commu-  
 “nam in Liberam & perpetuam Elemosinam,  
 “tamquam pertinentem ad Liberum Tenemen-  
 “tum suum in **Dunstaple**: Videtur Justiciariis,  
 “quod ad Assisam capiendam procedere non  
 “possunt. Ideo datus est Eis Dies coram Do-  
 “mino Rege ad primum Parliamentum suum  
 “apud **Westmonasterium** in *Octabis Sancti Hil-*  
 “*larii*, &c. Anno Decimo-octavo.

¶ “In Parlamento illo Venerunt prædicti  
 “Prior & *Milesenta* coram Domino Rege &  
 “Consilio. Et ad querimoniam ipsius Prioris,  
 “inspectis Recordo et Processu præfatæ Assisæ  
 “habitis coram **Ricardo de Boylande** et Sociis  
 “suis; Concordatum est per Ipsum Regem &  
 “Consilium, quod Assisa procedat, pro Eo quod  
 “Natura Soccagii mutata fuit per Cartam præ-  
 “dicti *Henrici* Regis. Et quod *Johannes de Me-*  
 “*tingham* & *Elias de Bekyngham* mittantur ad  
 “Assi-

“Affisam illam Capiendam loco Ipsius *Ricardi* et  
 “Sociorum suorum.

“Postea coram præfatis *Johanne & Elya*, die  
 “*Sabbati* proxima ante Festum *Sancti Gregorii*,  
 “anno prædicto, apud **Bikeleswade**, Venerunt  
 “Partes; scilicet, prædicti Prior et *Milesenta*,  
 “et omnes alii. Et similiter Affisa.

“Et *Milesenta* Dicit, quod Breve Domini Re-  
 “gis, quod Veniat Vicecomes ad faciendam Af-  
 “fisam istam Venire coram præfatis *Johanne &*  
 “*Elya*, non habet in Se, nec continet, quod Ipsa  
 “Attachiata sit, Summonita, vel Præmunita ve-  
 “niendi ad aliquem Diem; nec aliquod Breve  
 “Originale remansit inde penes Vice-comitem.  
 “Unde petit, quod si Vice-comes aliquid fecerit  
 “sine Waranto, quod hoc Factum non faciat Ei  
 “præjudicium in hac parte. Nec videtur Ei,  
 “quod, secundum Legem & Consuetudinem Re-  
 “gni Domini Regis, debeat Attachiari, <sup>1</sup> Sum-  
 “moniri, vel Præmuniri, ad Respondendum ali-  
 “cui de Libero Tenemento suo, vel de aliquo  
 “ad Liberum Tenementum suum pertinente,  
 “per aliquod Breve Justiciarii, sine Breve Domi-  
 “ni Regis, Vicecomiti prius directo: Et si hoc  
 “non sufficiat, dicet aliud. Et quia in Brevi  
 “Domini Regis, quod Veniat Vice-comes, conti-  
 “netur, quod quia *Ricardus de Boylaunde* et So-

---

<sup>1</sup> Sic.

MCCLXXXIX.

“cui sui Captioni Assisæ Novæ Disseisinæ, quam  
 “Prior de Dunstaple <sup>iavit?</sup> arrain coram eis ver-  
 “sus *Milesentam de Monte-alto* et alios in Brevi  
 “Originali contentos, de Communa Pasturæ suæ  
 “in *Houctone*, quæ pertinet ad Liberum Tene-  
 “mentum suum in eadem Villa & *Dunstaple*, va-  
 “care non possunt; Loco ipsorum *Ricardi* et  
 “Sociorum suorum, constituit *Johannem de Me-*  
 “*tingham* & *Elyam de Belyngham*, ad Assisam il-  
 “lam capiendam. Per quod, Dominus Rex præ-  
 “cepit Vicecomiti *Bedefordie* per Breve suum,  
 “quod ad certos Diem & Locum, quos iidem  
 “*Johannes* & *Elyas* Ei scire facerent, Assisam  
 “illam Venire faceret coram Eis. Ac præfata  
 “*Milesenta* et omnes alii per Breve eorundem  
 “*Johannis* & *Elyæ* Vice-comiti directum, pro  
 “Assisa ista ad diem istum hic Venire facienda,  
 “suffICIENTER præmunita est, prout per Vice-co-  
 “mitem est testatum. Nec videtur, quod necesse  
 “fuiſſet aliquod Breve Domini Regis Vice-co-  
 “miti transmisſiſſe † in hoc Casu, nisi tantum pro- † D. fol. 71.  
 “pter Mutationem Justiciariorum: eo quod, si  
 “primi Justicarii potuissent Captioni istius Assi-  
 “sæ vacasse per Breve suum proprium, sine Bre-  
 “vi Domini Regis possent Assisam istam ad cer-  
 “tos Diem & Locum coram Eis Venire fecisse,

† Vel arramiavit.

MCCLXXXIX.

“et Partes Præmunisse, quorum Potestas in hoc  
 “casu devolvitur præfatis *Johanni & Elyæ*. Et  
 “similiter ipsa *Milesenta* et omnes alii præsen-  
 “tes sunt hic in Curia; qui Venerunt ob Causam  
 “prædictam: Dictum est eidem *Milesentæ* quod  
 “dicat aliud, maxime cum *Affisa* ista sit *Affisa*  
 “*Novæ Dissesinæ*, &c.

“Et *Milesenta* dicit, quod *Affisa* non debet  
 “inde fieri. Quia dicit, quod post plurimum  
 “Querelatum & Responiones de ista eadem  
 “Communa coram *R. de Boylaunde* et Sociis suis  
 “Justiciariis ad hoc alias Assignatis, Concorda-  
 “tæ fuerunt Partes apud Vetus Templum *Lon-*  
 “*doniæ* per Communes Amicos sub certa for-  
 “ma, per Scriptum inde inter Eos affirmanda,  
 “super pluribus Articulis; quorum Unus fuit,  
 “quod ipsa *Milesenta* pro Se et Heredibus suis  
 “concessit, quod Prædictus Prior & Successo-  
 “res sui possent Communare in Campis de  
 “*Houctone* et *Thoternho*, cum propriis Averiiis  
 “suis Prioratus de *Dunstaple*; exceptis Capris.  
 “Ita quod iste Prior retraxit se de omnibus Que-  
 “relis versus Ipsam *Milesentam* et Homines suos.  
 “Et dicit, quod postea, scilicet die *Lunæ* proxi-  
 “ma post *Quindenam* sancti *Michaëlis* proximo  
 “præteritam, Venerunt Partes coram *Roberto*  
 “*Bathoniensi* & *Wellensi* Episcopo, Domini  
 “Regis Cancellario, in Capella ejusdem Domini  
 “Epi-

MCCLXXXIX.

“Episcopi; et in præsentia Ipsorum Concordia  
“illa recitata fuit, et à Partibus tunc bene rati-  
“ficata. Unde petit Judicium, si post Illam Pa-  
“cem & Concordiam Factam, Recognitam, &  
“Concessam, coram Cancellario Domini Regis,  
“Assisa ista inter Eos procedere debeat? Et,  
“quod talis sit Concordia inter Eos, parata est  
“Verificare per Recordum Cancellariæ. Et si  
“hoc non sufficiat, dicet aliud, &c.

“Et Prior quæsitus, si prædicta Concordia fa-  
“cta sit inde inter eos? Dicit, quod Commu-  
“nes Amici inchoaverunt Tractare & Præloqui  
“de Forma Pacis inter Eos; sed nunquam per-  
“venit ad aliquem Effectum. Dicit præterea,  
“quod post prædictum diem *Lunæ*, de quo Ipsa  
“*Milesenta* loquitur, scilicet in *Octabis Purifica-*  
“*tionis Beatæ Mariæ*, coram Ipso Domino Rege  
“& Consilio suo Venerunt, tam Ipsa *Milesenta*  
“in propria persona, quam idem Prior, ubi idem  
“Prior questus fuit de diutina dilatione Captio-  
“nis istius Assisæ; propter quod, <sup>1</sup> Recordum  
“& Processus istius Assisæ habita coram *R. de*  
“*Boylaunde* et Sociis suis, fuerunt ibidem reci-  
“tata et Examinata. Ita quod tunc in præsen-  
“tia Partium, Concordatum fuit per Regem &  
“Consilium, quod Assisa procederet. Et dicit,

---

<sup>1</sup> Sic Apogr. W.



“quod ipsa *Milesenta* nihil ad tunc allegavit de  
 “aliqua Concordia : unde petit, quod *Affisa* pro-  
 “cedat.

“Et *Milesenta* quæsitæ, si prædicta Concor-  
 “dia coram Cancellario in Capella sua recitata,  
 “ad Petitionem Partium sit Irrotulata in Rotu-  
 “lis de Cancellaria in perpetuam Memoriam,  
 “pro Casibus qui possent processu Temporis  
 “evenire? Dicit, quod non constat Ei pro cer-  
 “to, utrum Irrotuletur, nec ne: sed dicit, quod  
 “Nota Concordiæ tradita fuit in Manu Cancel-  
 “larii; unde Intelligit potius quod Irrotulatur,  
 “quam non. Et quia Ipsa *Milesenta* assertive  
 “non proponit, quod Compositio prædicta sit  
 “Irrotulata, immo quod quædam Nota inde re-  
 “citata fuit coram Cancellario in Capella sua,  
 “quæ in Scripturam aliquam, Sigillis Partium  
 “munitam, nondum redigitur; per quod vide-  
 “tur Justiciariis hic, quod Recitatio coram Can-  
 “cellario in forma prædicta extra Curiam non  
 “fuit facta, nisi quasi coram quodam Amico  
 “Communi. Et etiam quando partes fuerunt  
 “coram Domino Rege & Consilio ad Judicium  
 “capiendum, super Exceptione proposita coram  
 “*R. de Boylaunde* & sociis suis, nullam Mentio-  
 “nem fecerunt de Compositione aliqua, per  
 “quod patet, quod Partes hinc inde Beneficio  
 “Compositionis tacendo renuntiaverunt. Et si-  
 “mi-

MCCLXXXIX.

“ militer coram ipso Domino Rege Concordatum fuit in præsentia Partium, quod Affisa procederet: Dicitur est eidem *Milesentæ*, quod dicat aliud, si viderit Expedire, &c.

“ † Et *Milesenta* pro se et omnibus aliis, dicit, <sup>† D. fol. 71, b.</sup> quod prædictus Prior nunquam aliquam Communam habuit in prædictis Terris, nisi ex Permissione, aut pro suo dando, nec aliquis Prædecessorum suorum. Et hoc patet evidenter, quia dum quidam *Georgius de Cantilupo*, cujus Ipsa est una Heredum, fuit infra ætatem, et in Custodia Domini Regis circa Duodecim Annos et amplius; Ballivi Regis ibidem locaverunt prædictam Communam <sup>1</sup> Prædecessor ipsius Prioris, aliquando pro Decem solidis; aliquando <sup>2</sup> per unam Marcam, prout melius inde inter eos potuit convenire. Unde dicit, quod iste Prior nunquam fuit in Seyfina de prædicta Communa tanquam pertinente ad Liberum Tenementum suum, &c. Et de hoc ponit se super Affisam, &c.

“ Jurati dicunt super Sacramentum suum, quod prædictus Prior & Prædecessores sui extiterunt in Seyfina de prædicta Communa, tanquam pertinente ad Liberum Tenementum suum, in prædictis Villis de *Houctone & Dun-*

Inter Recordis R. filii R. Henrici, Trinitat. 200. Rot. 195.

1 Sic *Apogr. W.* Idem quod Prædecessorum valet. 2 Sic.

“ ita

## MCCLXXXIX.

“ staple ; quousque prædicta *Milesenta* & omnes  
 “ alii Ipsum inde injuste &c. disseisiverunt, sicut  
 “ Breve dicit. Et ideo Consideratum est, quod  
 “ prædictus Prior recuperet inde Seysinam suam  
 “ per Vis<sup>neti?</sup> recogn<sup>itionem?</sup> Et prædicta *Milesen-*  
 “ *ta* et omnes alii in Misericordia pro Disseyfi-  
 “ na. Damna, Quadraginta Solidos.

“ *Johannes de Pabenharn*, Vice-comes *Bedes-*  
 “ *fordiæ*, Ballivo Hundredi de *Mannehebed*  
 “ Salutem. Scias, quod Prior de *Dunstaple* co-  
 “ ram *Johanne de Metingham* et Sociis suis apud  
 “ *Bikeleswade* recuperavit Seysinam suam ver-  
 “ sus *Milesentam de Monte-alto*, de Ducentis A-  
 “ cris Pasturæ in *Houctone* pertinentibus ad Li-  
 “ berum Tenementum suum in eadem Villa, &  
 “ *Dunstaple* ; videlicet Primo anno, post Blada  
 “ asportata : Secundo anno per totum annum  
 “ communicandis cum omnimodis Averiiis, per  
 “ Assisam *Novæ Disseyfinæ* captam coram præfa-  
 “ tis Justiciariis ad prædictum locum. Et ideo  
 “ tibi præcipimus, quod Eidem Priori de prædi-  
 “ cta Communa, sicut prædictum est per Visum  
 “ recognitum ejusdem Assisæ plenariam Seisey-  
 “ nam habere facias ; et hoc nullatenus omittas.

---

I *Manthead.*

“ Ju-

MCCLXXXIX.

*Johannes de Gatesden, Miles.*  
*Johannes Conquest, Miles.*  
*Hugo de Esseby.*  
*Smithulle ?*  
*Robertus de Burna de Damth.*  
*Thomas de Brichulle.*  
“Jurati.” *Ricardus Keresy de Houctone.*  
*Willelmus Robert de Cranefelde.*  
*Nigellus le Lorenge.*  
*Johannes de Middethone.*  
*Simon de Bahuse.*  
*Almaricus de Laundres.*  
*Willelmus de la Mothe.*

Eodem anno, Ecclesia *Anglicana* multum gravabatur per *Nicholaum* Papam, in Provisionibus faciendis Clericis *Romanis*. Videlicet, in Præbendis, Ecclesiis, et exilibus Vicariis. Ipse etiam Papa, dudum de Ordine *Minorum*, personaliter interfuit Capitulo Generali dictorum Fratrum apud Celebrato.

Eodem anno, fuit quidam Puer, qui per biennium non comedit. Postea, compertum est, illud esse per fantasma Dæmonum<sup>1</sup> in cubarum.

Eodem anno, *Alexander le Bantere de Dunstaple* interfectus est in Campo de *Kenelworthe*, et delatus infra Libertatem Burgi, mortuus est.

---

<sup>1</sup> Sic, pro incuborum.

MCCLXXXIX.

*Johannes Em, Johannes Garland, & Johannes Elyoth* inde culpabiles subtraxerunt se, & Prior habuit Catalla eorundem. Postea primi Duo deliberati sunt in Comitatu *Hertfordia* per Justiciarios assignatos; et recuperaverunt Terras & Tenementa; de Catallis nihil, propter Subterfugium. Tertius se misit in Gaola de *Colestestre*, &

Eodem anno, Obligavimus Nos ad Sustentationem *Johannis de Badelesdene* Clerici; et accepimus ab Eodem Viginti Marcas.

Eodem Anno, in Festo *Sancti Michaelis*, *Johannes Cocus* de *Peubotle* Junior, Ingressus est in Feodum, quod Pater suus de Nobis Tenuit; et quod *Ricardo de Etheringtone* ad Firmam dimiserat anno Gratia 1284: et tunc de Ipso Tenemento multa Nobis Arreragia debebantur.

Eodem Anno, Mense *Octobri* percussum fuit Turneamentum apud *Dunstaple*: et Mense *Januario* defecit ibidem.

† D. fol. 72. † Eodem anno, Summonitus est Prior Noster coram Justiciariis in Banco ad Respondendum Priori *Hospitalis Jerusalem in Anglia*, super annua Pensione Quatuor Marcarum de Ecclesia de *Werstone*; et de Arreragiis Quinquaginta Annorum: sed dictus Prior non est profecutus contra Priorem Nostrum.

Eodem anno, quidam Burgensis de *Werkamstude*

MCCLXXXIX.

**stude** inplacitavit coram Justiciariis Ballivos nostros de **Dunstaple**, pro Eo, quod ceperunt de Ipso Teoloneum in Foro de **Dunstaple** contra Libertatem de **Berkamstude**, ut dicitur. Ballivos etiam de **Lectone**, & **aylesbury** inplacitavit per Breve consimile. Et prædicti Ballivi dixerunt, quod sine Dominis suis non poterant Respondere. Ideo nihil.

Eodem anno, Rex *Edwardus* et Regina Uxor sua in Festo *Assumptionis Beatæ Mariæ* in *Angliam* remearunt, postquam Tres annos fecerant in Partibus Transmarinis. Dicitus Dominus Rex in illis Partibus Cognatum suum Principem *Ammorreorum*, per Redemptionem, eruit à Prisona *Petri de Arragun*; et in omnibus agendis suis sic Prudenter et Curialiter se habebat, quod in omnem Terram exiit Fama ejus; unde si nos tacuerimus, Lapides acclamabunt. Et prædictus Dominus Rex statim Loca Beatorum *Thomæ* Martyris et Sancti *Edmundi* Martyris, et plurimorum Sanctorum per *Angliam* devotissime Visitavit, Deo & Sanctorum Orationibus se commendans: et sic *Natale Domini* proximo sequens, *Londoniæ* celebravit.

Interim, Clamor Miserorum venit ad Eum, quod Justiciarii et alii Ministri, quos Regno suo

---

i F. pro **Luton.**

Vol. II.

D d d d

præ-

præfecerat, corrupti Muneribus, Judicia subvertissent: et quod de Substantia aliena incliti facti essent: Item, quod Homicidiis consensissent, et ipsos Homicidas scienter receptassent: super quibus Articulis fecit Dominus Rex Inquisitionem diligentem. Et Duodecim “Jurati dicunt “per Sacramentum suum, quod *Thomas de Weylonde*, Capitalis Justiciarius Domini Regis in “Banco, quoddam Homicidium per Scutarios “suos fieri fecit; et ipsos Homicidas postea receptavit”. Propter quod à Ministris Regiis captus & detentus, ab eorum Manibus clam evasit, Locum *Fratrum Minorum* apud *Sanctum Edmundum* petiit, et ibidem ad Ipsorum Habitum est admissus. Et cum per Quadraginta dies ibi maneret, et tunc egredi nollet; omne genus Victualium Eis per Manum Laicam est subtrahatum. Fratres vero dicti Loci, Fame et Siti tabescentes, Monasterium exierunt et reverti non valebant: et, ut dicitur, non steterunt cum dicto *Thoma* nisi Tres vel Quatuor Veterani. Et Dominus Rex, Ministro <sup>Superior</sup> *Fratrum Minorum* accersito, quæsit, cur Felonem Regni sui in Fratrem admittere ausus esset? Et cum constaret Ei, quod hoc fieret Ipso Ministro ignorante, cessavit sua Indignatio circa Fratres. Postea dictus

MCCLXXXIX.

*Thomas* intelligens, se non posse tueri ab Ecclesia, nec per illum Ordinem; maxime cum Cibaria non haberet: Habitum reinduit Laicalem, et in Conductu *Roberti Malet* Militis, qui ipso tempore Custodiam ejus habuerat, in Turri *Londoniæ* est locatus. Tandem, coram Consilio Domini Regis, super prædictis Feloniis & aliis Proditionibus Regi & Regno factis; trium Optio datur Ei: Videlicet, aut Stare Judicio Parium suorum, aut habere Perpetuam Prisonam; aut Regnum *Angliæ* et Terras Domini Regis in perpetuum abjurare: Et ille arctatus undique, Regnum Domini Regis abjuravit. Et datus est Ei Portus de *Doffera*; et sic vadens Nudis Pedibus, et discooperto Capite, Crucem Dominicam Manu ferens ad Portum veniens, transfretavit. Et omnia Bona sua Mobilia & Immobilia confiscantur.

Prædictus *Thomas* Legem dedit, ut quicumque Malefactor Arrestatus & Detentus Manus Custodum evasisset, quasi Fractor Carceris haberetur, et similiter puniretur. Item, dedit † Legem, ut ab omni Malefactore, ad Ecclesiam confugiente pro tuitione, subtraherentur Victualia per Brachium Seculare, si, peractis *Quadráginta* Diebus, secundum Legem Regni egredi noluis-

---

1 *An, Doffera?*

D d d d 2

set.



## MCCLXXXIX.

set. Postea, juxta illud *Catonis, Patere Legem quam Ipse tuleris*, Ipsemet secundum Ipsas Leges graviter est punitus. Fuit & dictus *Thomas* Subdiaconus, & Uxoratus, et multum dives; de imo in Altum elevatus. Et cum decrepitus esset, istud Fatum, 'inmo Infortunium venit Illi.

*Willelmus de Brumpton*, *Rogerus de Leyrcestre*, *Johannes de Luvetoh*, Socii dicti *Thomæ* & *Justiciarii* in Banco, et *Robertus de Lythlebury*, Clericus & Custos Rotulorum, super falsis Judiciis & aliis Proditionibus similiter accusati, in *Turrim Londoniæ* sunt detrusi; et demum per Redemptionem gravissimam vix salvati: ita quod prædictus *Robertus* Clericus, qui Minimus censebatur, Mille Marcas præstitit pro Seipso; ceteri vero Pecuniam infinitam.

Item *Salomon de Roffa*, Magister *Thomas de Sudintone*, *Ricardus de Boylande*, et *Walterus de Hoptone* *Justiciarii* Itinerantes, Occasionibus supradictis puniti sunt, similiter & Redempti.

Dominus *Radulfus de Hyngham* *Justitiarius*, ad quem Regni Negotia spectabant dum Rex fuerat ultra Mare, super variis Transgressionibus accusabatur apud Regem. Cumque Reclusus esset infra *Turrim*, projecit Pecuniam, et Emerat sibi Pacem. Et fuit sua Redemptio, ut dicitur, gravis valde.

MCCLXXXIX.

*Adam de Stratton* Baro de Scaccario, in Ecclesiasticis Beneficiis & Feudo Laico nimis Dives; cum super Homicidiis, Proditionibus, Sortilegiis, Convictus esset: post longam Reclusionem in prædicta *Turri*; tandem de toto Laico Feudo suo per Judicium est privatus. Et Triginta-quatuor Milia Marcarum, quas (ut dicitur) tunc habuit in Thesauro, Dominus Rex confiscavit; præter Staurum suum, et Jocalia pretiosa. Plura et optima Maneria, quæ dictus *Adam* dolose tenuerat de Monachis de *Bermondeseve*, Rex restituit eis; reliquæ vero ipsius Terræ Reginae sunt donatæ. Aliàs fuit idem quasi Falsarius convictus, sed sua Pecunia ad tunc salvavit Eum; et propter hoc, durius Judicium nunc habebat.

De Magistro *Henrico de Bray*, Eschaetore & Justiciario *Judeorum*, dicebantur Enormia; sed per Redemptionem Pacem fecit.

De aliis Justiciariis & Ministris Regiis, vulgari-

ter dicebatur, quod *Omnes declinaverunt* <sup>Justitiam</sup> <sup>?</sup> <sup>udicia</sup> *a*, *inutiles facti sunt, non est qui faciat Bonum, exceptis Johanne de Metingham & Elya de Bekingham.*

Et quia Rex audierat clamorem Populi Ma-

## MCCLXXXIX.

gnum valde, propter Injurias sibi factas; assignavit Rex Comitem *Lincolniæ* & Episcopum de <sup>1</sup> *Baa*, et alios quosdam, ad audiendas Quere-  
las singulorum. Ut examinatis Querelis, fieret  
singulis quod Justitia suadebat. Et tunc Prior  
Noster intimavit Domino Regi et Consilio, ma-  
gnam Dilationem, quam ei fecerat *Ricardus de*  
*Boylonde* Justiciarius in Placito, quod habuit co-  
ram Eo per Breve de *Nova Disseysina* contra  
*Milesentam de Monte-Alto*. Sed Rex sui Gra-  
tia, examinato illo Processu & Recordo, ipsa *Mi-*  
*lesenta* præsentate & reluctante, assignavit Priori  
Novos Justiciarios: scilicet, *Johannem de Me-*  
*tingham* & *Elyam* <sup>2</sup> *Beginham*. Et Ipsi in præ-  
dicto Negotio processerunt, in tempore *Qua-*  
*dragesimali*. (De hoc supra.)

Eodem anno, pro Placito suprascripto speciali-  
ter, Concessimus Viginti Solidos annuatim *Ro-*  
*gero de Hotham*. Item, *Henrico Spigurnel*, Vi-  
ginti Solidos. Item, *Waltero de Aylesbury*, Vi-  
ginti Solidos. Ita quidem, quod sint intenden-  
tes Nostris Negotiis, sicut in eorum Cautioni-  
bus continetur.

Eodem anno, Concessimus *Henrico Spigurnel*  
Manerium Nostrum de *Stoke*; Salvo *Roberto* et  
*Waltero* Clericis Terminis, quem habuerant in

---

<sup>1</sup> Bath. <sup>2</sup> Vel, Bekingham.

MCCCLXXXIX.

eodem. Postea dicti Clerici dicto *Henrico* suum Terminum concesserunt.

Eodem anno, Duo Pinnacula in Frönte Ecclesiæ versus le *Porth*, perfecerunt Parochiani de *Dunstaple*; et cœlaturam Lapideam undique ruinofam in Porticu *Aquilonari*, fimiliter repararunt. Ad quæ omnia, *Johannes Durant Senior* Medietatem dedit Expenfarum. Et in ipfo Anno obiit Uxor fua; cui fecit *Johannes* exequias fumptuofas, et apud *Dunftapliam* eatenus inauditas.

MCCXC.

† Anno Gratix 1290 inchoante, Obiit *Johannes de Kirkebi*, Epifcopus *Eliensis* et <sup>† D. fol. 73.</sup> <sup>1</sup> Tefaurarius Domini Regis de Scaccario; qui quamvis effet multiloquus et rixofus, justus tamen et verax fuit. Et fuffecit Ei in Epifcopatu Magifter *Willelmus de Lutha*; et in Officio <sup>1</sup> Theffaurarii, Magifter *W. de la March*.

Eodem anno, ultimo die *Aprilis*, *Edwardus* Rex dedit *Johannam*, Filiam fuam fecundo-genitam, *Gilberto* Comiti *Globerniæ* in Uxorem; Dispensante cum Eis Domno Papa, fuper Eo, quod Diftus Comes prius nupferat <sup>2</sup>. . Filix Patru dicti Regis. Et ante contractum Matri-

---

<sup>1</sup> Sic. <sup>2</sup> *Alicia*. Vide *Dugdalii Baronag. Tom. I. p. 211, 212, 214.*

MCCXC.

monium dedit dictus Comes prædictæ *Johannæ* duo Milia Marcarum annui Reditus, ad Tenendum hereditarie præter Dotem, si Heredes Legitimos ad invicem non haberent.

Eodem anno, Nono die *Julii*, dedit dictus Rex *Margaretam*, Filiam suam Tertio-genitam, Filio Ducis de *Braban*, ipso Duce tunc præsentate. Et celebratæ sunt utræque Nuptiæ *Londoniis*, cum omni Gloria Seculi & Ornatu. Nec fuerunt ita Solennes Nuptiæ ibidem factæ à die qua Civitas condebatur. Item Tertium Matrimonium, quod prælocutum fuerat & concessum, inter *Edwardum* filium dicti Domini Regis, et Filiam Regis de *Northwegia*, quæ fuit heres Regis *Scotiæ*, per Mortem Ipsius Mulieris expiravit.

Eodem anno, *Milesenta de Monte-Alto* portavit hoc Breve super Priorem de *Dunstaple*. “*J. de Pabenham*, Vice-comes *Bedefordie*, Ballivo Hundredi de *Wann (eswode)* Salutem. “Præcipimus Tibi, quod Scire facias Priori de *Dunstaple* per duos Liberos Homines, quod sit coram Domino Rege in Quindena *Sandæ-Trinitatis* ubicunque tunc fuerit in *Anglia*, facturus & recepturus quod secundum Legem & Consuetudinem Regni *Angliæ* fuerit faciendum de Recordo & Processu *Affisæ Novæ* Dif-

MCCXC.

“seyfinæ, quæ nuper Summonita fuit et capta  
“coram *Johanne de Metingham & Elia de Be-*  
“*kingham* apud *Bikeleswade*, inter eundem  
“Priorem de *Dunstaple*, et *Milesentam de*  
“*Monte-Alto* de Communa Pasturæ in *Houc-*  
“*tone* <sup>1</sup> pertinen<sup>1</sup> ad Liberum Tenementum  
“ip<sup>1</sup>ius Prioris in *Houctone & Dunstaple*.”

Quo die Prior comparuit coram Justiciariis *Londoniæ*, et perplacitata fuit ipsa Loquela usque ad Pronuntiationem Judicii, quod pro Priore ferri sperabatur. Et propter hoc, ad Procuracionem dictæ *Milesentæ* Judicium est dilatatum usque ad Festum *Sancti Michaëlis* proximo sequens. Quo die, Prior componit coram Rege per Attornatum, apud *Cliftone* juxta *Notingham*; et ibi Prece Partium dilata est Loquela, usque post *Pascha* proxime sequens.

Eisdem anno & tempore, Assignati sunt per Dominum Regem certi Justiciarii, ad Terminandum istud <sup>2</sup> exequendum Quo Waranto; per quod Regnum *Anglicanum* per multa tempora <sup>3</sup> miserabiliter vexabatur. Coram dictis Justiciariis postea comparuerunt *Robertus* filius *Walteri de Daventre*, et *Henricus de Grey*, Dominus de *Neubotle*; prætendentes Libertates quasdam, quibus Ipsi et eorum Progenitores eatenus

<sup>1</sup> Sic, ut vel pertinente vel pertinentis signet. <sup>2</sup> An, ad exeq. ? <sup>3</sup> Sic Apogr. pro miserabiliter.

usi erant. Et cum inde Warentum non haberent nisi Antiquitatem Seisinæ : statim ipsis Libertatibus per Judicium sunt privati. Interim, Murmur magnum factum est in Populo, quia Majores Regni hoc tangebant. Et Dominus *Edwardus* Rex hoc intelligens, et Pacem Regni amans, mutavit illud Decretum in forma subsequenti.

“ Rex Thesaurario & Baronibus de Scaccario,  
 “ Salutem. Cum in proximo Parlamento nostro post *Pascha* apud *Westmonasterium*, anno Regni nostri decimo-octavo, ex speciali Gratia Nostra concesserimus Archiepiscopis,  
 “ † Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus,  
 “ Baronibus, et ceteris de Regno nostro, qui per  
 “ Cartas Nostras, aut Progenitorum Nostrorum  
 “ Regum *Angliæ*, Amerciamenta sua, aut Hominum suorum habere clamant. Et etiam, quod  
 “ omnes Cartæ & Libertates hujusmodi, quæ allocatæ fuerunt decimo-octavo anno Regni Domini *Henrici* Patris Nostris, et etiam quod omnes  
 “ Cartæ Progenitorum Nostrorum Regum *Angliæ*, quæ similiter allocatæ fuerunt de tempore præcedenti, ad Scaccarium Nostrum de cetero  
 “ tero allocantur. Et quod Cartæ de Perquisitis à tempore illo factis ostendantur coram Vobis ad Scaccarium sub Forisfactura eorundem

† D. fol. 73.  
 b.

---

i F. allocentur.

“ Per-

MCCXC.

“Perquisitorum; et ibi videantur. Ita, quod si  
“nihil speciale contineatur in Cartis illis per  
“Concessionem Domini *Henrici* Regis Patris  
“Nostri aut Nostrum, per quod illi, qui talem  
“Libertatem habere clamant, Libertatem illam  
“habere debent, quod Nos Amerciamenta de  
“Perquisitis illis habeamus, sicut habere consue-  
“vimus antequam perquisita illa facta fuerunt. : : : :  
“Vobis Mandamus, quod omnes Cartas & Li- deest enim  
“bertates hujusmodi de Decimo-Octavo Anno nonnihil.  
“Regni Domini *Henrici* Regis Patris Nostri al-  
“locatæ fuerunt; et etiam omnes Cartas Proge-  
“nitorum Nostrorum Regum, de tempore præ-  
“cedenti faciatis de cetero coram Vobis alloca-  
“ri. Et similiter, quod ex Parte Nostra firmi-  
“ter præcipi faciatis, quod omnes illi, qui de  
“perquisitis factis à Decimo-Octavo Anno Re-  
“gni Domini *Henrici* Regis Patris Nostri per  
“Cartas Ipsius Domini *Henrici* Regis, aut No-  
“stras, talem Libertatem habere clamant, Car-  
“tas illas coram Vobis ad Scaccarium Ostendant  
“sub Forisfactura eorundem Perquisitorum, &  
“ibidem Videantur. Ita, quod si in eisdem spe-  
“ciale nihil contineatur, per quod talem Liber-  
“tatem habere debeant, quod Nos Amerciamen-  
“ta de Perquisitis illis habeamus, sicut habere  
“consuevimus antequam Perquisita illa facta fue-  
“runt, ut prædictum est. Teste Meipso apud

E e e e 2

“West-



MCCXC.

“*Westmonasterium* 27 die *Maii*, anno Regni No-  
“*stri Decimo-Octavo*”.

Statuit Dominus Rex tertio die *Pentecostes*, quod omnes, qui de Libertatibus se dicant possessionem habuisse quietam ante tempora *Ricardi* Regis et post, sine Interruptione, et hoc ostendere Valeant per bonam Inquisitionem, gaudeant sic Possessis; et quam Possessionem, si petatur cum Effectu in Titulo Confirmabit. Qui vero Cartas habuerunt Antiquas, judicentur secundum Formam & Tenorem earum. Qui autem amiserunt Libertatem post *Pascha* ultimum, per prædictum Breve in Forma prius usitata in Populo, dicti Brevis Restitutionem habeant de amissis; et iterum placitent secundum Tenorem constitutionis præsentis.

Eisdem Anno & Tempore *Rogerus*, Episcopus *Cestrensis*, pro maxima Pecunia, quam dedit Regi, recuperavit Forestam suam, quæ vocatur *Le Cant*, quam amiserat per Judicium; pro eo quod Warantum inde non habebat. Ad quam contributionem Clerus de Archidiaconatu *Derbyæ* jovit Tres solidos de qualibet Marca: ceteri vero de Episcopatu, dederunt de qualibet Marca Duodecim Denarios.

Eisdem Anno & Tempore, propter Blasphemias, quas *Judæi* sæpe faciebant Fidei *Cristianæ*,  
Statuit Rex, ut omnes *Judæi* cum Semine suo et  
Sub-

MCCXC.

Substantia ab *Anglia* pellerentur, citra Festum *Omnium Sanctorum*, alioquin Capite plecterentur; Et concessit Eis Rex Salvum Conductum. In Ipso eorum Passagio, plurimi ex Eis sunt submersi per Vim et Fraudem Nautarum: propter quod, quidam ex Iphis Nautis sunt Suspensi. Et quia dicta Expulsio *Judaorum* multum placuit *Anglicanæ Ecclesiæ* & Populo, Clerus concessit Regi Decimam Bonorum Spiritualium, secundum Taxationem <sup>1</sup> *Dorwicensem*. Et Barnagium & Clerus concesserunt Quintam-decimam Bonorum Temporalium, taxandam & <sup>2</sup> assidandam per Legales Homines secundum verum Valorem; inter *Gulam-Augusti* et Festum *Sancti Michaëlis*.

Eodem anno, Burgensis de *Berchamsted*, qui Priores de *Dunstaple*, et de *la Gravi*, et Dominum de *Aylesbury* pro Captione Teoloni inplacitaverat coram Rege apud *Cliftone* juxta *Portingham*, non est profecutus.

† Eodem anno, *Persevallis Romanus*, Archidiaconus de *Bukingham* et Præbendarius de *Aylesbury*, obiit in Curia. Et Episcopus *Lincolniensis* dedit Archidiaconatum Magistro *Ricardo de Sancta-Friswida*; de Præbenda vero ordinavit idem Episcopus quondam Rectorem,

<sup>1</sup> Vide supra, sub an. 1273. <sup>2</sup> Assessed. <sup>3</sup> Vel, Fridewida.

certam Ei assignans portionem, et reliqua Pars illius Præbendæ in Usum *Lincolniensis* Capituli est commissa.

Eodem anno, Quinto Kalendas *Decembris* obiit *Elianora* Regina *Angliæ* et Consors Regis, *Hysspana* genere, quæ plura et optima Maneria adquisivit. Corpus Ipsius per Nos transit, et una Nocte quievit. Et dati sunt Nobis duo Panni pretiosi, scilicet <sup>1</sup> *Baudekyus*. De Cera habuimus quater-viginti Libras & amplius. Tandem Corpus ejus decimo-sexto Kalendas *Januarii*, apud *Westmonasterium* in Sepulcro *Henrici* Regis est humatum. Et cum corpus dictæ Reginæ transfret de *Dunstaple*, in medio Fori substitit Feretrum donec Cancellarius Regis & Magnates, qui tunc aderant ibidem, locum congruum designassent, ubi postea, sumptibus Regiis, Crucem erigerent Magnitudinis admirandæ, Priore Nostro tunc præsentem, et Aquam Benedictam aspergente.

Eodem anno, Duo Fratres Prædicatores de *Dunstaple* Diem *Natalis Domini* in Castro de *Hertforde* cum *Willelmo de* <sup>2</sup> *Valencia* celebrarunt; et sani et hyllares cubantes, die *Sancti Stephani*, in lectis suis Mortui sunt inventi, morte (ut creditur) repentina; et apud *Dunstaple* sunt sepulti.

---

1 *L. Baudekÿns.* 2 *Vel, Valencia.*

MCCXC.

Eodem anno, in Festo *Omniū Sanctorum* & *Rogerus*, Abbas de *Sancto Albano*, qui in Spiritualibus & Temporalibus viriliter se habebat. Et Rex habuit Wardam Domus, et posuit Custodes Monachis & Domui inportunos.

Eodem anno, Dominus Rex celebravit *Natale Domini* apud *Asterugge*; et stetit ibi continue per quinque Septimanas; et in providendo & cariendo sibi Victualia Villa de *Dunstaple* multum onerabatur. Et Senescallus Domini Regis & Marcellus infra Libertatem de *Dunstaple*, venerunt pro Inquisitione facienda de quodam Thesauro invento apud *Golden-lowe* tempore *Henrici* Regis. Et Duodecim Burgenses “Jurati dicunt, quod *Mathæus Tegulator* de *Dunstaple* ibi invenit Thesaurum: quo mortuo, residuum Thesauri, quod idem *Mathæus* non ex-penderat, remansit penes *Emmam* Uxorem suam; quæ postea Nupsit *Adæ le Rus* de *Dunstaple*: unde Ipse *Adam* factus est Dives. Id-eo Ipse & Catalla sua ad Voluntatem Domini Regis. Pretium Catallorum, Triginta Libras”. Postea Dominus Rex concessit dicto *Adæ* meliorem Inquisitionem; eo quod Prima Inquisitio

hate ?

facta fuerat per *Atyam*. Et Viginti-quatuor Burgenses “Jurati dicunt per Sacramentum suum, “omnia sicut prius. Duodecim etiam Forenses  
“Le-

MCCXC.

“Legales Homines Jurati, dicunt per omnia fic-  
 “ut Burgenses, et Inquisitioni Singna sua appo-  
 “suerunt. Tandem, dictus *Adam* fecit Finem  
 cum Domino Rege de Decem Libris, et alia sua  
 bona sunt Ei restituta. Pistorum vero & Bra-  
 siatores de **Dunstaple** Finem fecerunt cum Mar-  
 scallo de **Quinque** Marcis pro defectibus Ponde-  
 rum & Mensurarum: Et Prior et sui Ballivi ni-  
 hil.

Eodem anno, *Rogerus de Wottone* Receptor  
 reddidit Computum de **Quadragesima** Solidis re-  
 ceptis per manum *Willelmi le Blake* Præpositi,  
 quos idem *Willelmus* levaverat per Viridem Ce-  
 ram de Scaccario de Hominibus Libertatis de  
**Dunstaple**; videlicet, de *Stephano Babbe*, unde-  
 cim Solidis, decem Denariis; Et de *Johanne E-*  
*leyne*, dimidia Marca; et de *Ricardo Ballard*, di-  
 midia Marca; et de *Thoma de Lutone*, viginti  
 Denariis; et de *Thoma de Berselowe*, duobus So-  
 lidis, Sex Denariis; et de *Galfrido le Wineter*,  
 quadragesima Denariis; et de *Johanna*, relicta  
*Roberti de Sewelle*, viginti Denariis; et de *Jo-*  
*hanne Piritone*, quindecim Denariis; et de *Ri-*  
*cardo Madard*, duobus Solidis.

† D. fol. 74,  
 b.

† Eodem anno, Solvimus *Johanni de Paben-*  
*ham*, tunc Vicecomiti **Bedefordie**, Centum So-  
 lidos pro pluribus defaltis, per Viridem Ceram.

Eo-

MCCXC.

Eodem anno, Solvimus *Willelmo de* <sup>1</sup> *Turvile*,  
<sup>2</sup> Vice-comite *Bedefordia*, duas Marcas, pro  
Finibus Hominum de *Dunstaple* Amerciatorum,  
coram *Johanne de Waus* & Sociis suis Justiciariis  
Itinerantibus apud *Dunstaple*. Prædicto *Willelmo*  
Vice-comiti prius Solvimus Quadraginta Solidos  
pro eodem; et habemus per Ipsum duas tallias.

Eodem anno, Solvimus *Willelmo de Holcote*,  
Clerico Cancellarii, Decem Libras, quas ab eo  
mutuavimus de Denariis Episcopi *Wattoniensis*,  
tunc Cancellarii.

Eodem anno, *Radulfus de Hingham* <sup>3</sup> installavit  
Nobis omnia debita, quæ Ei debuimus; et unde  
Quietantiam non habebamus; ad solvendum  
singulis Annis, <sup>4</sup> Vinginti-quatuor Marcas.

Eodem anno, Frater *Stephanus* habens Curam  
Ecclesiæ de *flittewic*, obiit apud *Rokusoc*; et ibi  
sepultus est, quia pro foetore <sup>5</sup> transf-

---

<sup>1</sup> *Vel*, Turvile. <sup>2</sup> *Sic*, pro Vice-comiti. <sup>3</sup> *Id est*, Quietantiam fecit. *Sicut* Stallagium, sive, ut *Angli*, *Stallage*, *Præstatio est* (nam hoc notare ad rem pertinere puto) pro stallis, seu jure ea habendi in foris, mercatis, & nundinis, ita profecto & debiti installatio, talis relaxatio erat ejusdem, ut nihilominus ea de causa post temporis quoddam intervallum, aliquid, prout inter partes conventum fuerit, pro ea solveretur. Satisque prudenter id genus conditiones in installationibus debitorum postulabantur, ne alioquin immoderatos cursus haberent debitores, vinculaque etiam (quibus aliàs alligarentur) contemnerent.

<sup>4</sup> *Sic*. <sup>5</sup> *Sic*, pro transferri.

MCCXC.

ferre non valebat : Ibidem duo alii Canonici sunt sepulti ex *Causa* consimili.

Eodem anno, obiit *Johannes de Patusbulle*, et *Simon* filius ejus invadiavit Relevium Priori, scilicet *Quadraginta-sex Solidis*; et fecit *Homagium* pro Terris in *Grimuscote & Patusbulle*.

Eodem anno, obiit *Adam de Bradevin* Nativus Prioris; et Terra illa tradita est *Edmundo Clerico* pro *Viginti Solidis* in Ingressu. Ita, quod habeat Curam unius *Juvenulæ*, quæ proxima fuit de *Sanguine* dicti *Adæ*, secundum antiquas *Consuetudines*.

Eodem anno, Præsentavimus *Johannem de Maydene-bury* ad Ecclesiam de *Bradburne*, et *Galfridum de Merstone*, *Canonicos*, ad Ecclesiam de *Flitewic*.

Eodem anno, Recepimus in *Canonicum Fratrem Johannem de Faldo*.

Eodem Anno, *Nicholaus* Papa *Quartus*, audito & intellecto, quod per *Prohibitiones Regias* nimium large sumptas, Ecclesia *Anglicana* indebite gravaretur : misit ad *Ipsam Regem* *Episcopum Garstetaneum* cum *Litera Papali* *commonitoria*, ut ab hujuscemodi *Gravaminibus* in posterum abstineret. Et dictus *Episcopus* *Regem*

MCCXC.

adiens, constanter fecit & exposuit, viva voce, quod sua Litera continebat. Et utinam per hoc Status Ecclesiæ *Anglicanæ* aliquoties emendetur.

Eodem Anno, *Ricardus le Juvene*, Dominus de *Humbriches-ho*, dedit nobis pratum suum junctum Prato Nostro in *Flitte*; pro habenda Quietantia Theloneii in Foro Nostro de *Dunstaple* Sibi & Sub-tenantibus suis apud *Humbridus-ho*, et eorum heredibus; sicut in Carta Nostra continetur: exceptis Nundinis *Sancti Petri ad Vincula*.

MCCXCI.

Anno Gratia 1291, per Infortunium, Combusta est fere tota Villa de *Lythefeld*, et Habitatio Fratrum Minorum. Sed Clausum Canonicorum est salvatum. Item, combustum est totum Manerium Episcopi *Lincolniensis* apud *Wogedene*, cum Grangiis, & appendiciis quibuscunque.

Eodem anno, Homines de *Houthone* inplacitarunt Nos super contribuendo cum Eis ad *Quare Non Venerunt*, et hujusmodi Extorsiones unde Religiosi Viri sunt Quieti: Et dixerunt, nos aliàs contribuissè cum Eis in hoc casu, et consimili; et de hoc, petierunt Verdictum Patriæ. Sed non sunt profecuti.

---

I Sic.

F f f f 2

Eo



MCCXCI.

Eodem anno, Inrotulata est ad Scaccarium Domini Regis Carta Nostra de Libertatibus, à Die *Paschæ in Quindecim Dies.*

Eodem anno, Mortua est *Alienora* Regina *Angliæ* Mater Regis, et Monialis de *Ambrisbury*; et Ibi sepultum est Corpus Ejus. Cor tamen Ejus *Londoniæ* apud *Fratres Minores* cum Solemnitate Maxima & Apparatu. Et tunc fuit Dies Anniversaria *Alienoræ* Reginae, Consortis Regis, festiviùs celebrata, Episcopis pluribus & Prælati Majoribus *Angliæ*, et Ipso Rege, præsentibus tunc ibidem.

Eodem anno, venerunt certi Rumores, quod *Soldanus Babiloniæ* ceperat Civitatem de *Accon*, et eam funditus prostravisset, interfectis habitatoribus illius, Religiosis Viris non parcendo; exceptis paucis, qui apud *Cyprum* Insulam per Navigium transfugerunt. Et dicitur hoc Infortunium doloriferum per *Hospitalariorum & Templariorum* discordiam contigisse; et præcipue propter Vitium † *Luxuriæ*, quod ibidem ren-  
 † D. fol. 75. gnaverat, in Confusionem & in Mortem tradidit illos Deus. *Nicholaus* Papa Quintus turbatus valde ob hunc Casum, per Universalem Ecclesiam Solennes Legatos misit, ad Inquirendum, Qualiter iterum posset Civitas ipsa capi? Qualiter Capta, Custodiri? Quibus & Quorum

I Sic,

Sub-

MCCXCI.

Subfidiis, et per Quantum Tempus illud Subsidium seu Contributio continuari debuisset? Tunc Ecclesia *Anglicana*, habito <sup>1</sup> Mangno Concilio Prælatorum, Respondit ad hoc Mandatum, sicut ab Ecclesia *Franciæ* audierat Responderi: videlicet, Quod Domnus Papa inter Reges & Proceres Ecclesiæ Pacem firmam reformaret; et Imperatorem *Romanorum* faceret; et Assignaret Ei Redditus & Honores Imperii, sicut prius; ut sic ab illis, cum Dei Gratia, posset Ecclesia defendari. Et ad faciendum ulterius in hac parte, Ecclesia *Anglicana* duos solennes Nuntios destinavit ad Curiam.

Eodem anno, dictus Papa concessit *Edwardo*, Regi *Angliæ*, Cruce-signato, Decimam Omnium Proventuum Ecclesiarum <sup>2</sup> Rengni sui, per sex Annos, secundum Verum Valorem, pro Expeditione sua in *Terram sanctam*. Et dati sunt Executores istius Negotii, *Oliverus Lincolnensis*, et *Johannes Winthoniensis*, Episcopi & Prælati. Et per eorum Commissarios ad Nos divertentes, Taxatæ sunt, de Novo, Nostræ Ecclesiæ in hunc Modum.

Ecclesia de **Dunstaple** valet 19 Marc̄.

Ecclesia de <sup>3</sup> **Toernho** valet . . Marc̄.

Ecclesia de **Hulleburne** valet . . Marc̄.

---

<sup>1</sup> Sic. <sup>2</sup> Sic. <sup>3</sup> F. Toternho.

MCCXCI.

Ecclesia de **Flittewic** valet . . Marc̄.Ecclesia de **Peubothell** valet . . Marc̄. di-  
mid'.Dimidia Ecclesia de **Hetcham** valet . . Marc̄.Ecclesia de **Stodham** valet 15 Marc̄.Ecclesia de **Chalgrave** valet . . Marc̄.Ecclesia de **Segenho** valet . . Marc̄.Ecclesia de **Dullockeshulle** valet . . Marc̄.Ecclesia de **Patesulle** valet . . Marc̄.Ecclesia vero de **Bradburne** cum suis Ca-  
pellis, per Taxatores alios, est Taxata pro . .  
Marcis.De solutione vero prædictæ Decimæ; et de  
Taxatione Temporalium, Invenies anno subse-  
quenti.Eodem anno, Obiit Rex de *Aragun*, qui *Alieno-*  
*ram*, Filiam Regis *Angliæ* Primo-genitam, <sup>2</sup>sub-  
<sub>rog?</sub>arraverat in Uxorem: Et Successit Ei Frater  
suus, qui nupsit Sorori Regis *Hyspaniæ*. Unde  
facta est per utrosque Conspiratio valida contra  
Regem *Franciæ*: quæ Discordia, per Treugam  
conquievit.Eodem anno in *Scotia* Rex non erat, eo quod  
Semen Regium defecerat quando <sup>3</sup>  
Filia Regis *Norwegiæ*, quæ fuit heres legitima  
*Scotiæ*, et Neptis Regis *Angliæ* ex Sorore, obiit

---

1 F. Pateshulle. 2 Arrhabone sibi desponsaverat. 3 Mar-  
gareta.

MCCXCI.

sine Herede de seipfa. Tunc per Novem Proceres illius Terræ Valde turbatum est<sup>1</sup> Regnum illud; quia singuli eorum illud Regnum Jure Hereditario vendicabant. Et *Edwardus*, Rex *Angliæ*, ad<sup>2</sup> Sedendam illam Discordiam personaliter adiit Partes illas; et per suam Industriam & Virtutem, conquievit ipsa Diffensio in hunc Modum.

“ A touz, qui ceste presente Lettre verrunt ou  
“ orrunt, *Florenz* Counte de *Hoylande*, *Robert*  
“ *de Brus* Seygnour du *Val d' Anaunt*, *Johan Bail-*  
“ *loil* Seignour de *Gaweye*, *Johan de Hastings*  
“ Seignour de *Bergebeny*, *Johan Comyn* Seygnur  
“ de *Badenoughe*, *Patrike de Dunbar* Counte de  
“ *la Marche*, *Johan de Vescy* pur son Pere *Nichol*  
“ *de Soules*, e *Willame de Ros*, Saluz'en Deu. Co-  
“ me Nus entendous aver Dreit en le Reame  
“ d' *Escoce*; e cel Dreit mustrer, chalanger, & a  
“ verrer devaunt celi qui plus de Poer, Jurisdic-  
“ cion e Reson eust de trier Nostre Dreit e le  
“ Noble Prince Sire *Edward*, par la Grace de  
“ Deu Rey de *Engleterre*, Nous eit enformez par  
“ bones & suffisautes resouns, que a luy a peut  
“ & aver deit la Soverain Seignurie de vaunt dit  
“ Reame de *Scoce*, e la Conifaunce de oir, trier,  
“ e terminer Nostre dreit: Nous de Nostre pro-

---

1 Sic. 2 Sic *Apogr. W. pro sedendam.*

“pre

MCCXCI.

† D. fol. 75, b. “pre Volente fauns nule manere de force, ou de  
 “strefce, Voloms, Otrioms, e Grauntoms, de  
 “receivere Dreit devaunt luy † come Soverayn  
 “Seignur de la Terre: ¶ Volums e ialemens &  
 “promettoums, ke Nus averuns e tendroms ferm  
 “estable fon Fet. Eke celuy en portera le  
 “Reame a ki Dreyt le Durra de vaunt Luy. En  
 “Testmoigne de ceste chose, Nus avons mis  
 “Nos Seals a cest Escrip, fet a done a *Por-*  
 “*ham*<sup>tone ?</sup> le *Mardi* prochein le Assentiun, le an  
 “de Grace M. CC. Nonagesimo Primereyn.”<sup>nte ?</sup>

“A tuz ceus, ke *cote*<sup>carte ?</sup> presente verrunt ou or-  
 “runt, *Florence Conte de Hoylaund*, e les autres  
 “avaunt numes, Saluz en Deu. Cum nous eyuns  
 “otrie e graunte de nostre Bone Volonte e co-  
 “mune Assent faunz nule Destrefce de Noble  
 “Prince Sire *Eadward*, per la Grace de Deu Rei  
 “de *Engleterre*, ke il cum Sovereyn Seynur de la  
 “Terre de *Escoce* pusse oyr, e trier, e terminer,  
 “Nos Chalangs & Nos Demandes, ke Nus en-  
 “tenduns Mustrer e Averrer pur Nostre Dreyt  
 “en le Reyalme de *Escoce* eo dreyt derenner de-  
 “vaunt lui cum Souereyn Seygnur de la Terre;  
 “promettaunz jale meyns ke sun fet averuns e  
 “tendrum ferm e estable. E ke il en portera le  
 “Realme a ki Dreit le durra devaunt lui. Mes  
 “pur

MCCXCI.

“pur coe ke le avaunt dit Rei de *Engleterre* ne  
“peut tele manere de Cuniffaunce fere ne acum-  
“plyr faunz Jugement, ne Jugement ne deit  
“estre faunz Execucion, ne Execucion ne pot il  
“fere duement faunz la Possession e Seyfine de  
“meyme la Terre e des Chasteus : Nus Voluns,  
“Otrioms, & Grantoms, ke Il cum Soverayn  
“Seignur a perfere les Choses avaunt dites, eit  
“la Seyfine de tote la Tere, e de Chasteus de  
“Escoce, taunt ke dreit seitfet e performy as  
“Demaundauns en teire Manere ke avaunt ceo  
“ke il eit la Seyfine avaunt dite. face bone Seu-  
“rete e Suffisaunte as Demaunduns e as Gar-  
“deins e a la commune du Reaume de *Escoce*, a  
“fere la Reversion de meime la Reaume e des  
“Chasteus que tote la Reaute, Dignete, Sei-  
“gnurie, Frauchise, Coustumes, Dreitures, Leys,  
“e Usages, e Possessions, e tote Manere des A-  
“purtenaunces en meime le Estat, ke Il esteit  
“quant a la Seyfine Luy fut Baille à Liveré, a  
“cely ke dreit en portera per Jurement de la  
“Reaute. Sauve a Rey de *Engleterre* le Homage  
“de cely ky ferra Rey. Ensi ke la Reversion  
“seyt fete dedens les deus Moys apres le Jur, ke  
“le Dreit ferra Trie, é Fermé. E ke les Issues,  
“Demenes la Tere en le meen tens receves, se-  
“sent sauvement mis endes pos e ben gardez  
“per la mein le Chaunberleyn de *Escoce* ke ore  
Vol. II. G g g g “est,

est, e de celuy ke ferra assigne a ly de Par le  
 “Rey de *Engleterre*, e de four lur seals: fauve  
 “renable sustenance de la Tere, e de Chastels, e  
 “de Ministres du Reaume. En Testemoygne de  
 “ceste choses avaunt dites Nos avons mys Nos

tone ?

“Seals a cest Escrit. Fet e Done a Norham

“le *Mecredi* apres le *Assencion*, l’an du Grace

“M. CC. Nonante Primereyn”. Et  
 sic pacificato <sup>1</sup> Rengno *Scociae*, *Edwar-*  
*dus* Rex reversus est *Londoniam*; et  
 interfuit Sepulturæ Cordis Matris suæ,  
 ut supra.

*in inferiori ora pagina MS. legitur hac adnotatio, literis coccineis scripta. Hoc Placitatur coram Rege, & in Parlamento suo Termino Hillarii Aº. 20. E.I. Rotulo XIV. Et præcepit Rex Judicium hoc irrotulari in Banco et in Scaccario.*

Eisdem anno et tempore, Invenit

Rex per Sacramentum Viginti-Quatuor Lega-  
 lium Hominum Juratorum, quod Gens Comitis

† D. fol. 76. † *Globerniæ* et Gens Comitis <sup>2</sup> *Herefordiæ*, de assensu Dominorum suorum, post Prohibitionem Regiam ipsis Comitibus factam, Insultum fecerant in alterutrum, ratione cujusdam Castrum, quod Comes *Glouerniæ* Vi et Armis fecerat in *Marchia* ad alterius Comitis Nocumentum; In quo Conflictu fiebant Roberiæ & Homicidia hinc & inde. Judicium ex Ore Regis tale fuit, “Quia  
 “tu Comes *Globerniæ* contra Prohibitionem  
 “Nostram Castrum erexisti; et per Te facta  
 “sunt Homicidia contra Pacem: sis in Miseri-

<sup>1</sup> Sic. <sup>2</sup> *Herefordiæ*.

MCCXCI.

“cordia Nostra, de Decem Milibus Librarum.  
“Et Libertates tuæ de ~~Walechor~~ in illis Parti-  
“bus cum Juribus sint in Manu Nostra toto  
“Tempore Vitæ tuæ: sed post Mortem tuam,  
“ad Heredes tuos omnia revertentur. Tu ve-  
“ro, Comes *Hærfordia*, propter Roberias &  
“Homicidia, quæ fecisti, sis in Misericordia No-  
“stra de Mille Marcis. Et de tuis Juribus & Li-  
“bertatibus in illis Partibus, fiant omnia sicut de  
“Comite *Blouernia*. Et fuit uterque Comes  
“liberatus ad Prisonam.

Eodem anno, fuit Magna Siccitas in æstate, autumnus pluviosus, et in hyeme Frigus forte, et nimius defectus Foeni & Foragii; et de utroque Caristia inaudita.

Eodem anno, Frater *Johannes de Faldo* est Professus; et *Johannes de Chetundone*, & *W. de Waderore* susceperunt Habitum Novicialem in Die *Ascensionis Domini*; et Frater *Johannes de Dunstaple* in Die *Annuntiationis Domini* anno altero intrante.

Eodem anno, in Festo *Magdalena*, Decimæ Prædiales in *Bracentone* & *Atte-lowe*, quas *Willelmus de Hameltone* ad Firmam habuit pro Ducentis Marcis, per Tredecim annos, ad Nostram *Seyfinam* sunt reversæ.

Eodem anno, Obiit *Thomas* Janitor Noster Principalis; pro Quo, fecimus Celebrari per



## MCCXCI.

Canonicos duo Annualia. Et pro illo Onere, habuimus Oves suas apud **Bukeleshore**, scilicet

Eodem anno, Solvimus *Willelmo de Turvyll*, Vicecomiti **Bedefordie**, dimidiam Marcam pro prædicto *Thoma* Janitore, per Manum *Sybillæ* Uxoris suæ et *Walteri de Pecco*: scilicet, de Fine facto in Curia Regis pro Cyrograffo levato inter Ipsum et *Petrum Pakeman* et *Cristinam* Uxorem suam de <sup>1</sup>Mesuagiis *R. Fraunceys* in **Dunstaple**.

Eodem anno, Obiit *Johannes Hoke*, Archidiaconus **Bedefordie**: et Successit ei Magister *Rogerus de Royevelle*.

Eodem anno, Concessimus *Willelmo de Cateby* et *Alicie* Uxori suæ, Manerium Nostrum in **Cateby** ad totam Vitam utriusque. In quo quidem Manerio, prædictus *Willelmus* tunc habuit Terminum Quinque Annorum.

Eodem anno, Obiit *Thomas Pictor de Hou*  
 \* f. scrib. **thone**; de quo, *Domina de la* \* *Torne* habuit me-  
 porne. lius Averium Nomine Heriecti, quia <sup>2</sup> Astrarius  
 ejus fuit. Et Nos secundum-melius Averium,  
 pro una Hida Terræ in **Stwelle**, quam de No-  
 bis Tenuit per <sup>3</sup> Assingnationem *Hugonis de Gor-*  
*nay*. Et Uxor dicti *Thomæ* nutrituram Heredis  
 Ipsius.

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W.* Dubitavit scilicet *Wanleius*, an singulari potius sit legend. <sup>2</sup> Mansionarius, de qua voce vide *Dufr. s. n. m.*

<sup>3</sup> Sic,

MCCXCI.

Eodem anno, Obiit *Willelmus le Nerve-bonde* in *flitte-wic*; et habuimus ab herede suo, Quinque Solidos pro Relevio. Item obiit *Simon Perot* de *Pullokeshulle* et *Rogerus Carectarius* de eadem; et habuimus Relevium ab heredibus eorundem.

Eodem anno, Habuimus apud *Bradeburne* solummodo Duos Saccos et dimidium Bonæ Lanæ, *Johanne de Maydeneburi* tunc Custode: propter quod, Mercatores Nostri quam-plurimum sunt gravati.

Eodem anno, Emimus de *Johanne de la The*, annuam Liberatam Octo Carectarum Bosci in *West-Chelewode* annis singulis; quando sit ibi plena Liberata.

MCCXCII.

† Anno Gratia 1292, Die *Annuntiationis Domini*, *Johannes de Dunstaple* in Canonicum est admissus. † fol. 76.  
b. D.

Eodem anno, infra *Passionem Domini*, Obiit *Nicholaus* Papa Quintus; et Successit Ei *Celestinus* Papa Quintus; sed propter Dissentionem Cardinalium diu vacabat Ipsa Sedes, (sicut patebit infra, Folio secundo.)

Eodem anno, Solvimus Abbati de *Oseneve*, Collectori Decimæ *Terræ Sanctæ*, totam Decimam Spiritualium Bonorum Nostrorum, secundum

MCCXCII.

dum Taxationem factam anno proximo præcedenti. Item taxata sunt Bona Nostra Temporalia; et inde prædicto Domino Abbati solvimus Decimam Nos tangentem, excepto Thame, de quo nihil.

Eodem anno, *Nicholaus de Warewic* per Literam Domini Regis de Scaccario venit apud **Dunstaple**; et Amerciavit eos, qui Placitaverant **Londoniis** coram Justiciariis in Banco. Et tunc Prior de **Dunstaple** amerciatus fuit de Quadraginta Denariis, pro pluribus Defaltis versus Priorem Hospitalis *Sancti Johannis Jerusalem*. Item, fuit Amerciatus de Quadraginta Denariis, quia non Venit. Item, *Robertus le Hunte*, et *Ricardus Sprot* Amerciati sunt de Vingt Denariis, quia non 'h' prædictum Priorem de **Dunstaple**. Item Prior **Dunstaple** Amerciatus est de Quadraginta Denariis, pro pluribus Defaltis versus prædictum Priorem Hospitalis *Sancti Johannis*.

Eodem anno, solvimus *Radulfo de Hengham* bis, Duodecim Marcas, secundum formam Installationis debiti Nostri.

Eodem anno, Inplacitavimus per Bullam coram Judicibus Delegatis, *David de Flitterwic* Militem, super præstatione Decimæ Fœni in Villa

---

1 Sic Apogr. W. cum duobus punctis supra h, indicantibus, Wanleium subdabitasse. An idem quod habuerunt?

MCCXCII.

de *flittewic*. A quibus Idem *David* Appellavit ad Tuitionem *Cantuariensis*; et per Fraudem Nostri Procuratoris Tuitionem habuit Primo Die, coram *Decano de Arcubus*.

Eodem anno, Obiit *Robertus Burnel Bathoniensis* Episcopus & Cancellarius Domini Regis, quem Rex Ipse ab Humili exaltavit. Hic Populo erat Affabilis in Responfis; sed supra modum (ut dicitur) lubricus habebatur. De 'mangno Thesauro suo, Confanguineas suas (ne dicam filias) Nobilibus *Angliæ* maritavit. Prædia multa, & Maneria, perquisivit, quæ Nepotibus suis, seu Filiis, reliquit. Et successit ei in Cancellaria *Johannes de Langethone*, ad tunc Clericus simplex de prædicta Cancellaria: et in prædicto Episcopatu, Magister *Willelmus de la Marche*.

Eodem anno, Mense *Decembri* & Frater *Johannes de Pecham, Cantuariensis* Archiepiscopus; qui diu languens ante mortem, parum seu quasi nihil reliquerat in Thesauris.

Eodem anno, in ' *Capite Fejunii* apud *Dunstaple* Turniamentum durissimum est percussum;

<sup>Ruffian</sup>  
in quo, nullus Ribaldus, seu alius Pedes, in manu quicquam portavit, nisi scuticam parvam ad Equorum fremitum repellendum.

Eodem anno, Dominus Rex inplacitavit Ab-

---

1 Sic. 2 *Quarta feria Quinquagesima*, vulgo *Whwednesday*.  
ba-

## MCCXCII.

batem de *Sancto Albano*, super Advocatione Prioratus de *Tynemue* : sed Abbas retinuit.

Eodem anno, *Galfridus Burgilun* Inplacitavit Priorem coram Collectoribus Decimæ apud *Lycheffelde*, super Retentione suæ Annuæ Pensionis. Et procuravit, per Fraudem, Priorem Excommunicari, non Monitum, non Vocatum. Sed hoc per Domnum Episcopum *Lincolniensem* totaliter est revocatum.

Eodem anno, Percepimus Decimam Garbarum de Frumento & Fabis feminatis infra <sup>1</sup> Curtilagium quorundam Burgensium de *Dunstable*; Officiali Archidiaconi *Bedefordie* hoc Sententialiter, præsentibus Burgensibus, proferebant.

Eodem anno, Inclusimus apud *Schortegrave*, circiter quatuor Acras Terræ, in quibus <sup>2</sup> *Maft* feminavimus Glandem & Fagos; et alias Arbores minimas plantavimus circumquaque.

Eodem anno, Prior Noster personaliter et per Ministros suos sæpius <sup>2</sup> furectavit pro Cuniculis in Bosco de *Wocwode*, sicut in Communa sua; et propter Murmur Puerorum Dominæ de *Cythone* non cessavit.

† D. fol. 77. † Eodem anno, *Johannes Duraunt* senior emit

---

<sup>1</sup> Hortum. aliter atque explicuit auctor nuperus, qui de Antiquitatibus scripsit parochialibus. <sup>2</sup> Ferreted.

MCCXCII.

in Feudum Redditum . . . *de Weyvile in Houthone* ; scilicet, undecim Marcas per Annum.

Eodem anno, Orta est Contentio Nimis dura inter *Quinque Porticus Angliæ* et *Normannos* : pro Eo, quod Ipsi *Normanni* quendam Nobilem *de Baun*, qui erat de <sup>1</sup> *Lymagio Regis Angliæ*, occiderunt : propter quod, Plebs innumera intravit hinc & inde. (De hoc infra.)

Eodem anno, *Refus* <sup>2</sup> *A Maraduc Wallensis nobilis* multum generosus, pro prodicione facta Regi *Angliæ* et <sup>3</sup> *Rengno*, est suspensus.

Eodem anno, Dominus Rex per longum tempus in Partibus *Scotiæ* morabatur ; et, auditis Rationibus & Juribus Ipsorum, qui Regnum *Scotiæ* hereditarie vendicabant, Dominum *Johannem de Baylol* fecit ibi Coronari. Et Rex *Angliæ*, recepto Homagio dicti Regis *Scotiæ*, Occidentales partes *Angliæ* perlustravit.

MCCXCIII.

Anno Gratiae 1293 ; et anno Regni Regis *Edwardi Vicefimo Primo*, In *Octabis Sancti Johannis*, super Computum *W. de Turville*, Vice-Comitis *Bedefordiae*, continentur hæc Verba in <sup>4</sup> *Mangno Rotulo de Scaccario*, *Et de Anno Re-*

---

1 *F. lineagio.* 2 *Sic.* 3 *Sic.* 4 *Sic.*

## MCCXCIII.

gis Edwardi Vicefimo allocati fuerunt dicto W. Vice-comiti 32 Solidi, quadrans: pro Priore de Dunstaple tenente partem Tenementorum, quæ fuerunt Godefridi de Lynholt et Milonis de Bray, pro portione dictum Priorem contingente de 43 Libris, et 1 Marca, debitis Domino Regi de Iudicio: scil. ad Sectam Abbatis de Wardone, qui se recognoverat ad Scaccarium, debitorem Principalem.

In 1 Rotulo vicefimi Regis Edwardi, super Comptum W. de Turvile, Vice-comiti Bed. allocati fuerunt 40 sol. Priori de Dunstaple de Exitibus suis Forinsecis factis in summa 17 lib. 12 den. de Exitibus diversorum, quorum Nominibus præponitur Litera T in Rotulis de Finibus & Exitibus Forinsecis de Banco, de Termino Sancti Michaëlis anno 19 incipiente.

Super eundem Comptum allocati fuerunt dicto Vice-comiti bis, 40 den. de Priore de Dunstaple, quos receperat de Priore prædicto pro pluribus Defaltis versus Hospitale Sancti Johannis Jerusalem, unde americiatus fuerat coram Nicholao de Warewic.

De Banco de annis Regni Regis Edwardi 18, 19, & 20.

Eodem anno Gratia, solvimus prædicto W. de Turville, Vice-comiti Bedefordia, per Qua-

---

1 Subintellige, magno.

MCCXCIII.

tuor Tallias, Viginti duos Solidos, quos Rece-  
pimus de Exitibus Terrarum *Johannis Sone de*  
*Dunstaple & Ricardi de Chalthone, Galfridi le Cu,*  
*et Stephani de Stabulo de Dunstaple* <sup>1</sup> Forinfeco-  
rum, in quadam Inquisitione inter *Thomam Page*  
querentem & *Robertum de Wilye* et alios in *Bre-*  
*vi*, coram Rege à Die *Sandæ Trinitatis* in *Quin-*  
*decim Dies* anno Regni Regis *Edwardi Decimo-*  
*nono*, scilicet, de *Johanne Sone* dimidiam Mar-  
cam, & de *R. de* <sup>2</sup> *Chaltone* Quadraginta Den-  
arios; et de *G. Coco* duos Solidos; et de *S.* dimi-  
diam Marcam. Et dicti Solutores habent Tal-  
lias Vice-comitis.

Eodem anno, ad le *Hoke-day*, Marscalli Do-  
mini Regis de Mensuris, fecerunt Officium suum  
in *Dunstaple*. Et pro Defaltis Mensurarum, et  
pro eo quod Carnifices vendiderant Carnes pu-  
tridas, Villata fecit Finem, & Ballivis Prioris  
acquietavit eorum Hospitium.

Eodem anno, dedimus *Johanni Personæ O-*  
*mnium Sandorum* in *Bedeforde*, Executori Ma-  
gistri *Thomæ Officialis Bedefordensis*, *Quinque*  
*Marcas*: et recepimus ab *Eo* cautionem *No-*  
*stram*, per quam fuimus obligati *Terræ Sandæ* in  
*Viginti Marcis*, pro Magistro *P. de Aldham*.

Eodem anno, ad le *Hoke-day*, solvimus *Ra-*

---

<sup>1</sup> Extraneorum *sive* extra burgum habitantium. <sup>2</sup> *Sic.*



## MCCXCIII.

*dulfo de Hengham* Viginti-quatuor Marcas pro Debito <sup>1</sup>Installato.

† D. fol. 77,  
b.

† Eodem anno, Mense *Aprili*, Percussum est Turnamentum apud *Dunstaple*; ubi quidam Armiger famosissimus occisus est, et apud Nos sepultus.

Eisdem anno & tempore, post *Pascha*, Dominus Rex tenuit Parliamentum suum *Londoniæ*, et ibi <sup>2</sup>aconpiavit *Eboratensem* Archiepiscopum de Despectu sibi facto, et de perturbatione Regni *Angliæ*; pro eo, quod Subditum suum *Dunelmensem* Episcopum Excommunicavit, Rege non præmunito; sed Archiepiscopus fecit Pacem cum Rege. Item Dominus Rex in Manu sua cepit Libertatem *Londoniarum*; pro eo, quod non ceperunt Occisores *Rogeri de Draythone* Clerici Comitis *Cornubiæ* anno præcedenti; nec <sup>3</sup>Hutagium levaverunt post Felones. Et Rex fecit *Londoniæ* Novos Ballivos: et Cives, in ipsa Villa, et apud *Dunstaple*, et alibi, de suis Mercimoniis Thelonium præstiterunt. Tandem, Rex (sine Redemptione) eis restituit Libertatem. ita quod in posterum Hutafium sequerentur, et alia quæ pertinent ad Coronam. Et tunc per Priorem de *Dunstaple* & Burgenses Provi-

<sup>1</sup> Remisso *sive* quieto facto. <sup>2</sup> *Sic. An*, actionavit, *id est*, in jus vocavit? <sup>3</sup> *Vel* hutafium, huefium *sive* hutesium.

MCCXCIII.

sum est et Concessum, quod Infra Libertatem de Dunstaple Hutafium prosequatur; quod ante, factum non erat.

Eodem anno, Recepimus certos Rumores, quod Gens de *Quinque Portubus Angliæ* cum Quater-viginti Navibus ceperunt Ducentas et Viginti Naves de *Normannis*, omnibus <sup>scilicet</sup> illis Homi- nibus interfectis.

Eisdem anno & tempore, *Alienora*, Filia Pri- mogenita Regis *Angliæ*, nupsit Comiti de *Bares* apud *Bristolliam*.

Eodem anno, Justiciarii Itinerantes apud *Es- boracum* valde rigide se gerebant; et quendam *Gentleman* Nobilem, *Simonem le Constable* Nomine, de mul- tis Feloniis <sup>2</sup> arreptatum, ad Pœnitentiam Sta- tuti posuerunt: Quia Veredictum Patriæ recu- savit. Et Mortuus est in Prifona.

Eodem anno, Archidiaconus *Richemundie* in quodam suo Manerio prope *Exoniam*, robiatus fuit de Thesauro suo <sup>money</sup> <sup>3</sup> mangno, et Bonis quibus- cunque. Propter quod, ad Indictationem Trium Sacerdotum inde Culpabilium, capti sunt plures Nobiles & detenti. Et aliqui Milites & Nobi- les sunt suspensi; quidam autem Eligentes Pœ-

---

1 F. in illis. 2 *Arrestatum*. 3 *Sic*.

nitentiam secundum Statutum, miserabiliter defecerunt.

Eodem anno, *Hugo* de *Wouthone* Mercator, Finem fecit cum Priore, de Theloneo retento de Blado, et aliis Mercibus in Foro de *Dunstaple*: non obstante Eo, quod Homines de *Wouthone* in prædicto Foro de Theloneo sunt Quieti.

Eodem anno, Magister *Rogerus de Bothewelle*, Archidiaconus *Bedefordiensis*, adjudicavit Parochianos Ecclesiæ de *Choturnho* ad invenendum Vexilla, Crucem, Cereos, et Missale in Ipsa Ecclesia: et Rector inde Quietus.

Eodem anno, de Assensu *Petri le Loring* Domini de *Chalgrave*, factum est novum <sup>1</sup> Hecchium in Campo de *Chalgrave*, quod vocatur unde habuimus <sup>2</sup> mangnum Emolumentum ratione Decimæ, et etiam prædiorum.

Eodem anno, inplacitavimus coram Commissariis Episcopi *Lincolniensis* Personam Ecclesiæ de *Chenle* super spoliatione Decimæ quarundam Culturarum in ipsa sua Parochia, ad Nos spectantium ab Antiquo.

Eodem anno, Sumptibus *J. Burgeys* de *Dunstaple* mangna Crux in Ecclesia, cum Imagini-

---

<sup>1</sup> Hedge, Inclosure. <sup>2</sup> Sic. Sed de hac scribendi ratione passim alibi monuimus. Posthac taceamus.

MCCXCIII.

bus *Mariæ* et *Johannis*, noviter depinguntur. Plures etiam Imagines Sanctorum in ipsa Ecclesia similiter renovantur.

Eodem anno, Prior de **Dunstaple** coram Justiciariis, assignatis ad Placitandum et Terminandum Brevia de Nova Disseyfina, distracionavit duas Particulas Terræ in **Wadelowe**, unde fuerat spoliatus.

oscenda?

“ Affisa venit recognitura, si *Ricardus Maun-*  
“ *sel, Johannes Jeffrey, Johannes le Clerke, Walte-*  
“ *rus de Hare, Robertus Matheu, Johannes Brun,*  
“ *Johannes Flighe, Willelmus Warin, Walterus Her-*  
“ *vy, Ricardus Swan, Johannes filius Laurencii,*  
“ *Laurencius filius Fuedæ, Nicholaus Thyme, Jo-*  
“ *hannes West, Johannes Hereward, Galfridus Hil-*  
“ *deward, et Ricardus Petit, injuste &c. disseyfia-*  
“ *verunt Priorem de Dunstaple de Libero Te-*  
“ *nemento suo in Thodingdone, post primam,*  
“ *&c. et unde querit, quod disseyfiaverunt Eum*  
“ *de quadam Placea Terræ, quæ continet in Lon-*  
“ *gitudine Novem Perticatas; et in aliquo loco*  
“ *Quinque Perticatas & Dimidiam in Latitudi-*  
“ *ne; et in aliquo loco † Quinque Perticatas; et † D. fol. 78.*  
“ *in aliquo Loco Tres Perticatas. Et de quadam*  
“ *alia placia Terræ, quæ continet Quinque Per-*  
“ *ticatas & Dimidiam in Longitudine, et in ali-*

---

i F. queritur.

“quo

## MCCXCIII.

“quo Loco Quatuor Perticatas & Novem Pe-  
 “des; Et in aliquo loco unam Perticatam & Sex  
 “Pedes in Longitudine, &c. Et *Ricardus* & alii  
 “venerunt. Et *Ricardus Maunsel*, *Johannes Gef-*  
 “*frey*, *Johannes le Clerke*, & ceteri Liberi Te-  
 “nentes dicunt, quod Assisa non debet inde fie-  
 “ri. Dicunt enim *Johannes Peyvere*, *Gilbertus*  
 “*le Parker*, & *Nicholaus* Persona Ecclesiæ de  
 “**Thodingdone**, &c. Tenent prædicta Tene-  
 “menta, quæ prædictus Prior posuit in Viso suo  
 “pro Indiviso, simul cum Iplis *Ricardo*, *Johanne*,  
 “*Johanne*, *Waltero*, &c. qui non Nominantur in  
 “Brevi, unde <sup>1</sup> peto Judicium de Brevi. Et *Ro-*  
 “*bertus Matheu* et alii in Brevi nominati, qui  
 “sunt Nativi dicti *Johannis Peivere*, Dicunt,  
 “quod Ipsi nihil habent in ipsis Tenementis, nisi  
 “ut Nativi prædicti *Johannis*; unde petunt Ju-  
 “dicium, &c. et si <sup>2</sup> communicatur, &c. tunc  
 “prædicti *Ricardus* & omnes alii in Brevi nomi-  
 “nati, &c. Dicunt, quod prædictus Prior inju-  
 “ste tulit Assisam istam versus eos. Dicunt enim,  
 “quod prædicta Tenementa, quæ prædictus  
 “Prior dicit esse Terram; Pratum falcabile est.  
 “Et dicunt, quod Manerium de **Thodingdone**  
 “aliquo tempore fuit in Custodia Domini Regis,  
 “ratione Minoris Ætatis prædicti *Johannis Pei-*  
 “*vere*. Ita quod Dominus Rex tunc Custodiam

---

1 F. petunt. 2 Sic.

MCCXCIII.

“illam concessit Dominæ *Alienora*, Reginæ An-  
 “glia, quondam Consorti suæ; Tenendum us-  
 “que ad Legitimam ætatem prædicti *Johannis*  
 “*Peivere*. Et Dicunt, quod, Manerio illo in Cu-  
 “stodia *Alienora* existente, quidam *Ricardus Gruf-*  
 “*set*, Ballivus dicti Manerii, dum idem *Ricardus*  
 “*Maunsel* & quamplures alii in Brevi nominati  
 “fuerunt infra ætatem, concessit cuidam *Simo-*  
 “*ni*, tunc Priori de **Dunstaple**, <sup>1</sup> Prædecessoris  
 “prædicti Prioris, prædictum Pratum, Tenen-  
 “dum usque ad Legitimam ætatem prædicti  
 “*Johannis Peivere* tantum. Et Dicunt, quod  
 “ipsi prædictum Pratum falcaverunt post Legi-  
 “timam ætatem prædicti *Johannis*, prout ante-  
 “cessores eorum Temporibus retroactis facere  
 “confueverunt, absque ulla Disseyfina ei facien-  
 “da, &c. Et de hoc ponunt se super Assisam.

“Et Prior dicit, quod prædicta Tenementa,  
 “aliquo tempore, fuerunt in Seifina Hominum  
 “Villatæ de **Thedingdone**. qui quidem Homi-  
 “nes, unanimi Voluntate & Assensu, <sup>2</sup> feofave-  
 “runt prædictum *Simonem*, Prædecessorem præ-  
 “dicti Prioris, de prædictis Tenementis. Te-  
 “nendum eidem *Simoni* & Successoribus suis  
 “inperpetuum. Qui quidem *Simon* Prior inde  
 “obiit Seyfitus, &c. Post cujus Mortem, qui-

---

1 F. Prædecessori. 2 Sic.

MCCXCIII.

“dam *Willelmus* Prior de **Dunstaple**, Præde-  
 “cessor prædicti Prioris nunc immediatus, suc-  
 “cessit, &c. et obiit inde Seyfitus. Post cujus  
 “Mortem, Iste Prior nunc intravit in prædictis  
 “Tenementis in Jure Ecclesiæ suæ, &c. Et in-  
 “de fuit in Seyfina, ut de Libero Tenemento  
 “suo, quousque prædicti *Ricardus Maunsel* et  
 “alii Ipsum inde injuste, &c. dissevererunt. Et  
 “hoc petit, quod Inquiratur per Assisam. Et  
 “*Ricardus Maunsel* et alii similiter. Ideo capia-  
 “tur Assisa.

“Jurati dicunt super Sacramentum suum, quod  
 “prædictus *Johannes Peivere, Gilbertus le Parker,*  
 “*Robertus le Reve, Laurencius de Cowhurst, Jo-*  
 “*hannes le Swan, Petrus Laurencius, Nicholaus*  
 “*de Hotham* nihil habuerunt in prædictis Tene-  
 “mentis die Impetrationis Brevis prædicti; sci-  
 “licet, Vicesimo-quarto die *Julii*, anno Regni  
 “Regis nunc Vicesimo-primo. Et dicunt, quod  
 “prædicta Tenementa, aliquo tempore, fuerunt  
 “in Seyfina prædictorum Hominum Villatæ de  
 “**Thodingdone**; et quod omnes illi, qui aliquid  
 “habuerunt in prædictis duabus placis Terræ,  
 “congregati in uno loco ad quandam Curiam,  
 “apud **Thodingdone** tentam, unanimi assensu  
 “conceperunt prædicto *Symoni*, quondam Prio-  
 “ri de **Dunstaple**, Prædecessori Prioris nunc,  
 “prædictas placeas Terræ, cum pertinentiis.  
 “Te-

MCCXCIII.

“Tenendum Eidem et Successoribus suis in per-  
 “petuum. Reddendo inde eisdem Hominibus  
 “et eorum Heredibus per annum Sex Denarios,  
 “temporibus Falcationis Prati. Et dicunt, quod  
 “prædictus *Simon* quondam Prior, &c. toto Tem-  
 “pore suo in Pace tenuit prædictas duas Placeas  
 “Terræ, et solvit prædictis Hominibus prædi-  
 “ctum Redditum Sex Denariorum; et obiit in-  
 “de Seyfitus. Post cujus mortem, Prior quidam  
 “de *Dunstaple*, Prædecessor prædicti Prioris  
 “nunc immediatus, per plures Annos Tenuit  
 “prædicta Tenementa, et solvit prædictum Red-  
 “ditum sicut prædictum est. Et similiter iste  
 “Prior nunc, post Mortem ejusdem Prioris Præ-  
 “decessoris immediate, et fuit inde in † Seyfina, † D. fol. 78,  
 “ut de Libero Tenemento suo, quousque præ-  
 “dicti *Ricardus Maunsel* et omnes alii in Brevi  
 “nominati Ipsum Priorem Vi et Armis inde in-  
 “juste, &c. disseysiverunt.

“Ideo Consideratum est, quod prædictus Prior  
 “recuperet inde Seyfinam suam per Visum re-  
 “cogn et danda sua, quæ taxantur per  
 “Eosdem ad duos Solidos. Et *Ricardus* et alii  
 “committantur Gaolæ, quia Vi & Armis. Post-  
 “ea prædictus *Ricardus Maunsel* Finem fecit  
 “per Decem Solidos, per pl<sup>acitum?</sup> *Johannis le*  
 “*Clerk, Johannis Laurencii, et Nicholai Tyme.*

1 Sic.

Iiii 2

Et



MCCXCIII.

“Et *Johannes le Clerke, Johannes Laurencius, et*  
 “*Nicholaus Thyme* Finem fecerunt Per Viginti  
 “Solidos, per pl *Hugonis Hammund, et*  
 “*Hugonis le Bruthun de Herlingdone.* Et præ-  
 “dicti *Johannes Geffrey, et omnes in Brevi nomi-*  
 “nati Finem fecerunt per unam Marcam, per  
 “pl prædictorum *Johannis le Clerke, Jo-*  
 “*hannis Laurence, Nicholai Tyme, et Ricardi*  
 “*Maunsel.* Et sciendum, quod Finis est ita exi-  
 “lis propter nimiam paupertatem, &c.

“ Ju-  
 “sticiarii, *Gilebertus de Curkeby, Miles; Johannes*  
 “*de Insula, apud Bedeforde.*

“Nomina Juratorum.

1. “*Robertus de la Burne de Amethulle.*
2. “*Phelippus de Wroxhulle.*
3. “*Alardus le Loringe.*
4. “*Johannes Agate de Cythone.*
5. “*Willelmus Bernard de Wotthone.*
6. “*Willelmus Ambroys.*
7. “*Willelmus Roberd de Cranfeld.*
8. “*Rogerus de Chelthone.*
9. “*Henricus Scapelory.*
10. “*Ricardus de Heymode.*
11. “*Radulfus Savage de Holesgrave.*
12. “*Nicholaus Blaunfrount de Hotesgrave.*

Eodem anno, Leprosi de Dunstaple erexerunt Campanam Grossiorem extra sectam Domus

MCCXCIII.

mus suæ, super duo lingua; sed Prior hoc agnito, Campanam illam asportavit infra Curiam Nostram; quam postea eis restituit. Ita tamen, quod Ipsa vel alia Campana <sup>1</sup>nula nullatenus uterentur ad Parochianos Nostros, vel alium populum Convocandum.

Eodem anno, *Oliverus, Lincolnienſis* Episcopus, audito, quod quædam Beneficia longe citra verum Valorem, et quædam ultra notabiliter sunt taxata, personaliter processit ad Novam Taxationem Proventuum Ecclesiasticorum. Sed omnia Beneficia nos tangentia remanserunt secundum Taxationem factam per suos Commissarios anno præcedenti.

MCCXCIV.

Anno Gratia 1294, *Cælestinus* Papa Quintus. Hic vitam agens Heremiticam, quinto die *Julii* Electus est in Papam, et Consecratus. Hic etiam eodem Anno, Die *Sandæ Lucie*, coram Cardinalibus venit in Consistorio indutus Papalibus, et dixit, *Fratres, Vos me Elegistis in Papam, et scio, quod aliqua bene, aliqua minus bene feci, quæ volo revocare, quia nescio discernere, quæ bene facta sunt, et quæ non: sed Successori meo relinquo.* Postea extraxit de sub <sup>2</sup>Manco quandam scedu-

---

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W. F.* nulla, vel potius ulla. <sup>2</sup> *F.* manicio  
sive manica. *Maunch.*

MCCXCIV.

lam, quam legit, sic inter alia continentem, "Ego  
 " *Celestinus* Papa Quintus, considerans me in-  
 " sufficientem ad Onus istud, tum Ratione Justi-  
 " tiæ, tum quia Senex et Impotens Corpore;  
 " tum, quia Vitæ Contemplativæ, sicut consue-  
 " vi, volo vacare; quod in Officio isto facere non  
 " possum: Resigno Papatui, Oneri, et Honori".  
 Et statim Ipsemet descendit de Cathedra, et ac-  
 cepit Coronam de Capite suo, et posuit super  
 Terram. Et postea Mancum, et Anulum, et  
 omnia alia usque ad Togam albam, Cardinali-  
 bus omnibus mire existentibus stupefactis. Et  
 tunc Ipse solus ivit in Camera sua, et induit se  
 Habitum Ordinis sui; et iterum rediit solus in  
 Consistorium, et sedit super Scabellum infimum  
 Cathedræ; et dixit eis cum Lacrimis, *Fratres,*  
*Vos videtis, quod Ego Resignavi isti Oneri et Ho-*  
*nori. Adjuro Vos per Sanguinem Ihesu Cristi,*  
*et per Matrem suam, ut cito provideatis Ecclesiæ*  
*de Bono Homine, qui sit Utilitati Ecclesiæ, et Cri-*  
 stianitati, et † maxime Terræ Sanctæ: et sic ivit  
 in Cameram suam. Cardinales vero rogaverunt  
 Eum, ne discederet, donec providissent Ecclesiæ  
 de Pastore, et promisit. Die *Jovis* ante *Nativi-*  
*tatem Domini*, Cardinales elegerunt in proprium  
 Dominum *Benedictum*; qui modo vocatur *Boni-*  
*facius* Papa Octavus. Iste *Bonifacius* die *Sancti*  
*Johannis* revocavit omnes Vacaturas, factas

† D. fol. 79.

MCCXCIV.

tempore *Celestini* et *Nicholai* Prædecessorum suorum. Et etiam per Domnum *Geronimum de Parmania* in *Francia*; exceptis Dignitatibus, quæ plene fuerunt collatæ ante Quartum decimum diem *Decembris*. Suspendit etiam omnes Archiepiscopos, Episcopos, et alios, quæ habuerunt Dignitates per Papam *Celestinum* sine Consilio Cardinalium, sive non factas in Consistorio ut Consuevit. Suspendit etiam totam Familiam & Capellanos Papæ, et Camerarium, et Cancellarium ejusdem *Celestini*. Suspendit etiam omnes Mercatores *Camera* ejusdem; sed solum restituit Tres Societates, scilicet *Spumas*, *Mores*, et *Clarentes*. Revocavit etiam omnes Commissiones *Causarum* factas per *Scriptores*, *Sargentos*, et *Corerios*, et *Notarios* dicti *Celestini*; sed pro certo non scribit nisi de Domino *Bartholomæo de Capua*. Et ordinavit, quod Curia vadat *Romam*. Et vicesimo-tertio die *Januarii*, fuit Dominus Papa apud *Romam* Coronatus, ante quod tempus nulla Bulla per ipsum exivit à Curia: Quia statuit, quod de cetero nulla dimidia Bulla exiret à Curia. Scripsit etiam Regibus *Francia*, *Angliæ*, *Allemania*, *Aragonia*, et *Hispaniæ*, et aliis Magnatibus *Transmarinis*, quod nullus eorum contra alium *Gwerrando* faciat vel attemptet.

---

1 Sic *Apogr. Wanl.* F. qui.

Et

Et quod compareant per Procuratores sufficientes, habentes plenum mandatum: de Die, non fit Mentio. Et minus <sup>1</sup> sollicita festinare Passagium *Terræ Sanctæ*; et in propria Persona vult transfretare. Causa autem, quare *Celestinus* Papa Papatui resignavit; Quia Ipse comperit, quod quidam Fratres <sup>cardinales</sup> sui, sanam non habentes Conscientiam, decipiebant Eum quotidie: et inventæ fuerunt plures Albæ Bullatæ sine Scriptura.

Eodem anno, *Edwardus* Rex *Angliæ*, anno Regni sui Vicefimo-Secundo, proposuit in Uxorem ducere Sororem Regis *Franciæ*, contra Voluntatem fere totius Baronagii sui *Angliæ*. Propter quod, idem Rex *Angliæ* seofavit dictum Regem *Franciæ* de tota *Vasconia* cum Civitate de *Burdemes* & appendiciis suis, ad refeofandum Ipsum & Sororem suam, et Heredes de Ipsa <sup>2</sup> procreandis, de eadem *Vasconia*, cum de ipsa per Quadraginta Dies fuerint in Seyfina. Sed Matrimonium inter eos, certis de causis, non potuit consummari. Et Rex *Franciæ* ultra Conditum inter Ipsum & Regem *Angliæ*, *Vasconiam* retinuit, nolens Restitutionem facere, quamvis super hoc pluries foret per Proceres requisitus. Rex autem *Angliæ* se seductum sentiens, conduxit in sui Auxilium Regem *Allemaniæ*, Regem

<sup>1</sup> Sic. F. sollicitat. <sup>2</sup> Sic. F. procreandos.

MCCXCIV.

<sup>1</sup> *Aragundia*, Regem *Hispania*, et Duces, Comites, & Affines, ut Vi & Armis recuperaret, quod quasi amiserat fraudulenter. Interim, inter Regna *Angliæ* & *Franciæ* fiebant Homicidia, Combustiones, et Rapinæ, & Mala multiformia sine Misericordia seu Mensura. Homines etiam de *Quinque-Portibus Angliæ*, ratione istius Discordiæ inter Regna, et Ratione Homicidii, quod anno præterito fecerant in *Normannos*; quicquid de Regno † *Franciæ*, seu suis fautoribus in † D. fol. 79, b. Mari seu Terra repererant, submerferunt, aut Igni, seu Gladio tradiderunt, ducentes spolia magna valde. Et *Francii*, vice versa, *Anglis* machinabantur, Ipsos & Eorum Amicos gravantes quando et quoties potuerunt. Quorum Princeps Capitaneus tunc fuit *Karolus*, Regis *Franciæ* germanus. Hic etiam, quasi Rege Fratrem suo invito *Anglos* persequebatur odio inveterato: infidias etiam, et Mala, quæ *Anglis* fecerat, hinc pertranseo, prolixitatem devitando.

Et *Edwardus*, Rex *Angliæ*, interim congregato Exercitu Magno *Anglorum* et aliorum apud *Portesmuthe* proposuit transfretare, ut occurreret Conductitio Exercitui prædictorum Regum & Principum diversorum, et Hostes suos per Dei Gratiam debellare. Cùmque per Octo Septi-

<sup>1</sup> Sic, pro *Aragoniæ*.

manas & amplius apud *Portesmuæ* moram traheret, ventum habuit et Aërem sic contrarium, quod salvo non potuit transfretare. *Walenses* interim, audito quod Rex *Angliæ* aditurus esset partes *Transmarinas*, nec credentes Eum posse reverti; ab Homagio et Servitio Domini Regis unanimiter discesserunt, et præpositos sibi per Dominum Regem *Anglos* immisericorditer occiderunt; ad secura Loca in *Snowdowne* et *Angles-beye* se et sua transferentes; Loca ipsa Armis ad modum *Wallensium* et Victualibus munientes. Et *Edwardus*, Rex *Angliæ*, cognita Rebellionem *Walensium*, à suo Passagio contra Regem *Franciæ* superfedit. De Proceribus tamen suis in *Anglia* Milites quosdam misit ad Partes *Wasconia* et circumjacentia Loca, et occurrerunt eis multi Barones de *Wasconia*, ut dicitur, adjuncto sibi de *Arragundia* & *Hispania* Exercitu Copioso, rebellantes Regi *Angliæ* Civitates ipsi Domino Regi subjugarunt. Quo factò, dicti Milites Domini Regis *Angliæ* quandam Insulam Regum *Angliæ* ab antiquo quæ vocatur *Olyrum en Byerne* adierunt, ad solvendum Regi *Aragunia* . . . Milia Librarum, quæ ei promiserat pro Auxilio conferendo; et in ipsa Insula tutati, ab hostibus frequentius morabantur.

Et Dominus *Edwardus*, Rex *Angliæ*, Parliamentum suum tenuit *Londoniæ* cum Magnatibus

## MCCXCIV.

bus suis, petens Auxilium à Populo et à Clero contra Inimicos Regni sui. Et Populus concessit Ei Decimam Bonorum suorum omnium, exceptis quibusdam Minutis Jocalibus. Clerus vero concessit Ei Medietatem Bonorum suorum omnium indistincte, secundum Taxationem per *Lincolniensem* & *Wintoniensem* Episcopos pro Decima *Terræ Sanctæ* nuper factam; Solutione Ipsius Medietatis per unum Annum duratura. Postea, dictus Rex *Edwardus*, disposito Regno suo *Angliæ*, cum Exercitu valido <sup>1</sup> *Waliam* est ingressus, in Festo *Omnium Sanctorum* tunc instanti. Et inveniens Castra sua prostrata per *Walenses*, et dispectionem & gravamina quæ *Anglis* fecerant, Castra movit contra eos, et in ipso conflictu occisi sunt innumeri Populi hinc et inde: sed in omni aggressu durius *Walensibus* <sup>2</sup> contingebat. Ex *Anglis* tamen, præ frigore yemali in inedia Victualium, plurimi perierunt; et Ipsemet Rex aliquoties Panem artum et Aquam brevem, in Prandio suo sumpsit. Rex etiam Proceres *Wallensium*, qui ad Insulam de *Angleshye* confugerant, expulit ab eadem in manu forti, cum Balistis & Jaculis Ponderis & Magnitudinis inauditi. Exercitus autem Regis infecutus est Eos & Eorum Complices usque in *Snoudoune*, et

---

<sup>1</sup> Sic. <sup>2</sup> Sic *Apogr. W.* pro contingebat.



## MCCXCIV.

loca alia tutiora; et citius eos occidissent, sed Rex, Misericordia motus, miserat parci eos. Tandem, omnes Nobiles *Wallensium* et vulgus, promiscui sexus, se Voluntati Domini Regis *Angliæ* supponebant de Alto & Basso, Vita et Membris.

† D. in fol.  
81. ad †

† Et Rex acceptis Obsidibus ex Nobilioribus eorundem, quos & quantos voluit, in *Angliam* ad sua Castra tutissima destinavit, Terras Eorum suis Heredibus concedens: ita quod ex tunc Regibus *Angliæ* et eorum heredibus sint Fideles, et in omnibus intendentes; et quod de Damnis et Jacturis, quæ Domino Regi fecerant in ista Rebellionatione, satisfaciant, pro Regia Voluntate. Et Rex 'cominatus est Eis sub Jurejurando, quod non relinqueret ex Eis mingentem ad parietem, si contra Eum ulterius rebellassent.

Eodem tempore tota gens *Walliæ* Comitibus *Globernæ* communiter rebellavit contra eum; et ejecerunt Eum cum Uxore sua Filia Regis, cum Liberis Eorum, à Finibus *Walliæ*: ita quod vivus vix evasit. Ipse autem post cum grandi Exercitu insultum fecit in Eos; sed parum profecit; † nam Majores Natu et Potentiores ab Ipsius Comitibus servitio penitus discesserunt, Homagium pro se & suis Heredibus Regi *Angliæ* facientes. Et ad plenam Securitatem, Ipsi Domino Regi Obsides tradiderunt semetipsos, pro-

† D. fol. 81.  
b.

## MCCXCIV.

testantes, se ulterius Ei minime servituros. De Mediocribus autem Tenentibus ipsius Comitis, quidam Ei, sicut prius, ut dicitur, adhæserunt. Item de Audacia Ipsorum *Wallensium*, et quam Viriliter pugnaverunt, causa prolixitatis, subticemus. Mortuorum etiam hinc & inde numerum novit Deus & non Homo. Et Rex, relictis post se *Johanne de Haverygge* & aliis in *Wallia* Custodibus, reversus est in *Angliam* Kalendis *Augusti*; Et tenuit *Londoniæ* Parliamentum suum. Interim, quidam, nomine *Maddoc*, quem *Wallenses* Principem sibi fecerant, et qui, cum paucis, Regi restiterat, per dictum *Johannem de Haverygge* ad Pacem Regis Venit, et in Ejus Conductu in dicto Parlamento Regi est oblatus, ad faciendum de Eo suam in omnibus Voluntatem. Et *Wallia* sic quievit.

† Eodem anno, ratione prædictæ Contribu- † D. fol. 80.  
tionis Regiæ, et pro Negotiis Nostri Monasterii promovendis, Dimisimus Decimas Nostras in *Pewbotle* ad Firmam per Quinquennium; videlicet pro Quindecim Marcis annuatim; unde Recepimus præ manibus Quadraginta-quinque Marcas. Item, Vendidimus eisdem Occasionibus *Willelmo de Merstone* Conredium unius Liberi Servientis: pro quo Recepimus Viginti-quatuor Marcas. Item, Vendidimus pro eodem, *Waltero de Coblington*, plura Conredia annua, et magnum

MCCXCIV.

gnum Solarium, et parvum Stabulum apud *Elimofinariam*; et recepimus ab Eo Sexaginta Marcas. Forma vero Conrediorum in sua Carta continetur. Item, pro eodem, in Festo *Sancti Michaëlis* providimus quasdam subtractiones fieri et teneri, donec eas duxerimus revocandas, cessantibus Regis Contributionibus; et donec status Domus nostri Monasterii relevetur. De Alba Michea subtraximus Pondus Decem Solidorum. De Ferculo Conventuali generis cujuscunque, Statuimus, quod unum Frustrum duobus Fratribus apponatur. De aliis vero subtractionibus tunc factis, quantum ad numerum Ferculorum in Conventu, quantum ad Elemosinam, quantum ad Hospitum susceptionem, et Familiæ Moderationem, Formam invenies in Veteri Martilogio annotatam.

Eodem anno, in æstate, combusta est Grangia Nostra ad foenum in Curia Nostra de *Dunstaple*, cum foeno, Merennio, et aliis repositis in eadem. Item, ipso anno auximus Curtilagium Nostrum, et fecimus extra Murum veterem, Novum Murum; circa quod, fecimus grandes expensas: Et Conventus juvit ad hoc de sua Camera, Quadraginta Solidos. Sed Murus ille, propter Aëris intemperiem in æstate, statim corruit in Hyeme subsequenti. Alias autem Ruinas Murorum circa Gardinum, circa Herbarium Con-

MCCXCIV.

Conventus, et alibi, infra Curiam et extra, plures habuimus ipso anno, et difficiles ad reparandum.

Eodem anno, quidam Nuntius *Cælestini* Papæ transitum per Nos fecit, versus Dominum Regem in *Wallia*; Et dedimus Ei Viginti Solidos pro Procuratione Unius Diei. Et liberavimus ei Palefridum Celerarii ad Vecturam, alioquin Nostrum Monasterium interdixisset. Item habuit in redeundo Viginti Solidos, pro eodem.

Eodem anno, Dux de *Brabon*, Vir magni Nominis, fecit Rotundam Tabulam in Partibus suis; ubi interfuerunt ex *Anglis, Francis*, et aliis Nationibus Milites infiniti. Et ipse Dux in primo aggressu, à quodam Milite *Franciæ* percussus Lancea, obiit ipsa die.

Item, *Bonus de Clare*, germanus Comitis *Globerniæ*, subita Nece obiit. Per istum, Sedes Episcopatus de *Landa* vacavit multis annis.

Item, Magister *Willelmus de Mundfort*, Decanus *Sancti Pauli Londoniæ*, in Camera Domini Regis mortuus est subito, intestatus. Iste, ut dicitur, multum favebat Regi, quando Rex Auxilium petiit à Clero.

Item, . . . Archiepiscopus de *Develyn*, qui similiter in omnibus Regi favebat, ob-

## MCCXCIV.

iit in redeundo à Rege *Aragundiæ*, cui pro Negotiis Regis *Angliæ* missus erat.

Item *Laurentius de Lodelowe*, nominatissimus Mercatorum, submersus est in Mari. Iste induxit Mercatores *Angliæ* ad concedendum Regi Quadraginta Solidos de quolibet Sacco Lanæ: scilicet tam de Lanis in Mari merfis, quam salvatis. Et quia contra Lanistas peccavit, in Navi, onusta Lanis, à fluctibus est absorptus: et Clericus Domini Regis, et unus ditissimus Mercator cum eo perierunt. Ceteri vero omnes, qui in ipsa navi erant, Dei Gratia evaserunt; unde *Robertus Frude de Dunstaple* unus erat.

† D. fol. 80,  
b.

† Eodem anno, propter Roberias et Homicidia facta in Mari, sicut supradictum est, fuit Passagium Mercatoribus interdictum. Vina defecerunt; <sup>1</sup> Specierum genera per Pondus venalia; et aliæ Merces transmarinæ more solito non venerunt: Lanæ etiam adeo viles erant, quod Vix esset qui eas emere vellet. Et Nos habuimus ipso anno sedecim Marcas pro quatuor Saccis Lanæ in *Porto*.

Eodem anno, quidam *Anglici* Mercatores de Licentia Regis, cum Lanis suis transfretaverunt; quibus præesse debuit *Laurentius de Lodelowe* et Clericus Domini Regis supradicti, salvo condu-

---

1 *Aromatum, Spices.*

MCCXCIV.

Et Piratarum Lanæ suas vendiderunt. Et Dominus Rex ipsam Pecuniam mutuavit ab eisdem, ad Opus Regis *Aragundiæ*.

Eodem anno, Mense *Julio*, factum est Scrutinium, de Præcepto quorundam collateralium Domini Regis, de Pecuniis et Theauris depositis in Monasteriis, Ecclesiis Cathedralibus, et aliis minoribus Ecclesiis, per totam *Angliam*, ubi credebatur aliquid commendatum: et Clerici quidam deputabantur specialiter ad hoc factum. Et ipsi inventos Thesauros in locis singulis consignantes, in suis locis reliquerunt, donec Consultatio<sup>1</sup> Thesaurorum Domini Regis *Londoniæ* super hoc haberetur. Ecclesia autem *Sancti Pauli Londoniæ* scrutabatur, in qua, ut dicitur, reperta sunt & mutuata ad Opus Regis, circiter duo Milia Librarum, ibidem deposita per Episcopum *Cicestræ*. Prioratus etiam de *Dunstaple* est scrutatus per *Nicholaum* Rectorem de *Todingdone*, et per Laicos quos sibi sociavit. Scrutatis vero omnibus Nostris Secretis, et receptis Clavibus omnium Offinarum à Ballivis, nihil invenerunt nisi Quadraginta Libras depositas in Ecclesia Nostra per *Walterum de Rudham*,<sup>2</sup> quam consignantes reliquerunt, ipsam postea dicto *Waltero* per Breve de Scaccario Domini Regis<sup>3</sup> Liberando.

---

<sup>1</sup> F. Thesaurariorum. <sup>2</sup> *Subintellige*, pecuniam. <sup>3</sup> *Sic. Nescio. an.*, liberandam.

MCCXCIV.

Quod factum multum displicuit Ecclesiæ *Anglicanæ*, pro eo quod tale sacrilegium eatenus fuerat inauditum. Sed dicitur, quod Dominus Rex innocens fuerat in hac parte.

Eodem anno, Celebratum est Capitulum Nostrum Generale apud <sup>1</sup> *Hunthedone*; cui præfuerunt Abbas de *Osenepe* et Prior de *Dunstable*. Locus proximi Capituli, apud *Peuham*, ubi Præsidentes <sup>2</sup> erunt Abbas de *Leycestre* et Prior de *Lantona*.

Eodem anno, in Festo *Sancti Michaëlis*, fecit Ordines Generales apud *Dunstable* Domnus *Oliverus*, *Lincolniensis* Episcopus.

Eodem anno, Magister *Robertus de Wynchelisse* rediit à Curia *Romana* cum Pallio, à *Celestino* Papa *Cantuariensis* Archiepiscopus consecratus. Et in Festo *Purificationis Beatæ Mariæ* Dominus Rex restituit ei Baroniam suam. Et idem Archiepiscopus post receptam Baroniam, à *Wallia* rediens in Prioratu Nostro hospitabatur, favorabilem se Nobis promittens, et in omnibus gratiosum.

Eodem anno, fuit Magna Caristia Bladi per *Angliam* generalis; ita quod vendebatur *Quarterium* Frumenti in *Wetco* pro 21 Solidis; et apud *Dunstable* pro Sedecim Solidis, Octo Denariis; et alibi, pro pretio ampliori. Item, Quar-

---

1 *Huntingdon.* 2 *Sic Apogr. W. Forte, erant.*

MCCXCIV.

terium Salis pro Sedecim Solidis vendebatur. Item Autumnus, propter Aëris intemperiem, tardus erat, una cum tempore foenationum; et Populus de Anno subsequenti, quamplurimum desperabat.

Eodem anno, *Ricardus de Northwode* Sub-diaconus, ad nostram Præsentationem †, Vicariam † D. fol. 81. Nostram de <sup>1</sup> *Chalgrave* est affectus, de Gratia Domni Episcopi speciali. Item, *Robertus Persona* de *Cateby* obiit, Dominica *Palmarum*; et Nos ad Ipsam Ecclesiam Præsentavimus *Willelmum de Cateby* Nepotem suum ex Sorore, cui tenebamus in una Marca Annuæ Pensionis.

Eodem anno, nihil solvimus Domino *Radulfo de Hyngham*, in *Quindecim dies post Pascha* de debito suo, juxta Formam <sup>3</sup> Installacionis Magni Debiti quod Ei debebamus: sed Ipse Nobis percipit ipsa Vice.

Eodem anno, revocato Fratre *J. de Maydebury*, qui ad Curiam Ecclesiæ de *Bradburne* per Diocesanum admissus fuerat: Frater *Petrus de Aldenham* ad eandem Curam, et ad Nostram Præsentationem, per eundem Episcopum est admissus.

Eodem anno, solvimus Abbati de *Osney* medietatem Bonorum Nostrorum Spiritualium &

---

<sup>1</sup> *Chalgrave.* <sup>2</sup> *F. tenebamus.* <sup>3</sup> *Quictationis, Relaxationis, Remissionis.*



MCCXCIV.

Temporalium Domino Regi Concessorum, ad Terminos subnotatos.

Die *Sancti Hugonis* in *Decembri* pro Spiritu-  
lib s. d.  
 tualibus 12: 16: 3 ob: Et pro Temporalibus

l. s. d. 8: 11: 6. ob. q. Summa utriusque l. s. d. 21. 7. 10.

Item pro Quietantia d 6. et pro Expensis s 3.

Item ad *le Hokeday* solvimus eidem Abbati pro eisdem Bonis nostris, tantundem; et pro Expensis & Quietantiis, sicut prius. Pro Bonis vero Nostris apud *Cateby* nihil ad tunc est Solutum. Item in festo *Sancti Johannis* proximo subsequenti, solvimus & expendimus pro Eisdem

Eodem anno, *Johannes Peyvere* Miles, confirmavit Nobis duas Placeas Terræ in *Wadelowe*, in quas Ingressum habuimus per Communitatem Hominum de *Todingdone*. Et dedimus Ei Quadraginta-sex Solidos, octo Denarios pro Confirmatione; et annis singulis, per Attornationem dictæ Communitatis de *Todingdone* sex Denarios, in Festo *Sancti Johannis*.

Eodem anno, Forum de *Dunstaple*, et alia Mercata, et Patria circumquaque, enormiter lædebatur per longam moram, quam *Edwardus*, Filius Regis, apud *Sanctum Albanum*, et apud

---

1 Baptistæ ( ut videtur ) subintelligend.

MCCXCIV.

Langelee faciebat: quia Ducenta Fercula per Diem suæ Coquinæ sufficere non valebant; et quicquid expendere in se vel suis, non dato pretio, capiebat. Ministri ejus omnia Victualia ad Forum venientia et etiam Caseum et Ova, et quicquid venale fuit, vel in Domibus Burgen- sium latuit non venale, auferebant; et vix cui- quam Talliam reliquerunt: A Pistoribus etiam & <sup>1</sup> Brasiatricibus Panem & Cervisiam ceperunt; et non habentes, Panem & Cervisiam sibi facere compulerunt.

MCCXCV.

† Anno Gratiae 1295, et anno Regni Regis <sup>† D. in fol. 81, b.</sup> Edwardi Vicesimo-tertio, Bonifacius Papa Octa-  
vus revocavit omnes Provisiones, & Dispensatio-  
nes, et Gratias, quas Cælestinus Papa Prædecef-  
sor suus minus circumspecte fecerat quibuscum-  
que. Revocavit etiam Gratiam, quam idem Cæ-  
lestinus fecerat prædicto Regi Angliæ, de haben-

---

† Rectissime Brasiatricibus, unde facillime intelligas, hisce temporibus in Anglia nostra, saltem Dunstapliæ, artem brasia- toriam mulierum proprie fuisse, id quod de Germania & Scotia observavit etiam in Glossario Dufresnius. Nec tamen id genus mulieres intra cœnobiorum ædificia vitam agere permissas fuisse censuerim. Itaque si forsitan earum auxilio in cervisia consicien- da usi sint monachi, curabant (sicuti mihi videtur) ut extra cœ- nobia illarum opera adhiberetur, in domibus scilicet brasianti arti destinatis. idque sane juxta fundatorum consilia, virorum pro- fecto sapientum, æternitateque plane dignorum.

MCCXCV.

do <sup>1</sup> Proventus Ecclesiarum totius *Angliæ* vacantium, scilicet primo Anno: et per Triennium duraturum. Per hoc etiam quietum fuit Monasterium de *Dunstaple* à Provisione facienda cuidam . . Clerico de *Liscumbe*, qui per Literam dicti *Cælestini* petiit à Canonicis Primam illorum Ecclesiam vacantem, quam duceret acceptandam.

Placitum inter Nos et *Hospitalarios*, ratione Ecclesiæ de *Derstone* et de Fine factò.

*Breve.* “*Edwardus* Dei Gratia Rex *Angliæ*, &c.  
 “Vice-Comiti *Bukinghamensi* salutem. Præci-  
 “pe Priori de *Dunstaple*, quod juste, & sine Di-  
 “latione, reddat Priori *Hospitalis Sancti Johannis*  
 “*Jerusalem* in *Anglia* Ducentas & Decem  
 “Marcas, quæ Ei à retro sunt, de annuo reddito  
 “Quatuor Marcarum, <sup>2</sup> quæ ei debet, ut dicit.  
 “Et nisi fecerit, et prædictus Prior *Hospitalis* fe-  
 “cerit te securum de Clamio suo prosequendo,  
 “tunc Summoneas per bonos Summonitores  
 “prædictum Priorem de *Dunstaple*, quod sit co-  
 “ram Justitiariis Nostri apud *Westmonaste-*  
 “*rium* in Octabis *Sancti Michaëlis*, ostensurus,  
 “quare non fecerit. Et habeas ibi Nomina Sum-  
 “monitorum et hoc Breve. Teste Meipso apud  
 “*Westmonasterium*, Primo die *Julii*, anno Re-  
 “gni Nostri 21”.

<sup>1</sup> Sic *Apogr. W.* Fortè, proveniit. <sup>2</sup> F. quas. vel potius, ut *infra*, quem. “Ad

MCCXCV.

“ Ad quem Diem Prior de **Dunstaple** fuit Es-  
“ soniatus; et datus fuit dies in Octabis *Sancti*  
“ *Hillarii* proximo: ad quem diem Prior de  
“ **Dunstaple** fecit defaultum. Et exivit Breve  
“ Domini Regis sub hac forma.

“ *Edwardus* Dei Gratia, &c. Vicecomiti **Bedes-**  
“ **fordiæ** Salutem. Præcipimus Tibi sicut aliàs,  
“ &c. quod ponas ad vadium salvos plegios Prio-  
“ ris de **Dunstaple**, quod sit coram Justiciariis  
“ Nostris apud **Westmonasterium** in *Crastino*  
“ *Animarum*, ad Respondendum Priori Hospita-  
“ lis &c. et ostensurus, quare non servavit diem  
“ sibi datam per *Essonium* suum, coram Justicia-  
“ riis apud **Westmonasterium**, in *Octabis San-*  
“ *cti Hillarii*. &c.

Postea concordati fuerunt Partes apud **West-**  
**monasterium** coram *Johanne de Metingham*, *Elia*  
*de Bokingham*, *Willelmo de Beresford*, *Petro Mau-*  
*lure*, Justiciariis Domini Regis, à Die *Paschæ* in  
*Quindecim dies*, anno Regni Regis *Edwardi* Vi-  
cesimo-tertio, in hunc Modum; prout contine-  
tur in Rotulo 43°, ejusdem Terminii, qui sic inci-  
pit: † *Prior de Dunstaple* in Banco.

† D. fol. 82.

“ Prior de **Dunstaple** in Misericordia pro plu-  
“ ribus Defaultis; et perdonatur per *Petrum Ma-*  
“ *lure*; et hoc ad Instantiam *Willelmi Inge*.

---

1 Sic. 2 Sic.

“ Idem

MCCXCV.

“ Idem Prior summonitus fuit ad Responden-  
 “ dum Priori *Hospitalis Sancti Johannis Jerusa-*  
 “ *lem in Anglia* de Placito, quod reddat Ei Du-  
 “ centas et Decem Marcas, quæ Ei à retro sunt  
 “ de Annuo Reditu Quatuor Marcarum, quem  
 “ debet Ei, &c. Et Prior de *Dunstable* per At-  
 “ tornatum suum Venit, et Concordati sunt per  
 “ Licentiam: et Prior de *Dunstable* dat unam  
 “ Marcam pro Licentia Concordandi. Et est  
 “ Concordia talis, quod prædictus Prior de *Dun-*  
 “ *stable* cognovit pro se et successoribus suis,  
 “ quod debet prædicto Priori *Hospitalis* &c. et  
 “ successoribus suis prædictum Annuum Reddi-  
 “ tum Quatuor Marcarum, Solvendum eidem  
 “ Priori *Hospitalis* &c. et Successoribus suis de  
 “ Ecclesia de *Merstone* singulis Annis, ad Duos  
 “ Terminos: videlicet, Medietatem in *Octabis*  
 “ *Sancti Michaëlis*, et Medietatem ad *Pascha*.  
 “ Et pro hac &c. Prædictus Prior *Hospitalis* re-  
 “ mittit Ei damna sua et omnia Arreragia, usque  
 “ ad Duodecim Marcas, &c. unde ei reddet à Die  
 “ *Sancti Johannis Baptiste* in *Quindecim dies* pro-  
 “ xime futurum Quatuor Marcas; et à Die *San-*  
 “ *cti Michaëlis* proxime sequenti in *Quindecim*  
 “ *dies* Quatuor Marcas; et à Die *Sancti Hillarii*  
 “ proxime sequenti in *Quindecim Dies* Quatuor  
 “ Marcas, &c. Et nisi fecerit, concedit, quod  
 “ Vice-Comes fieri faciat, de Terris & Catallis  
 “ suis, &c. “ Et

MCCXCV.

“Et postea ad prædictam *Quindenam S. Jo-*  
 “*hannis Baptistæ* venit prædictus Prior de **Dun-**  
 “**staple** per Attornatum suum, et solvit Attor-  
 “nato dicti Prioris Hospitalis, &c. prædictas  
 “Quatuor Marcas de Termino illo, &c. Ideo  
 “Prior de **Dunstaple** de illis Quatuor Marcis  
 “quietus, &c. Postea ad prædictam *Quindenam*  
 “*Sancti Michaëlis* solvit prædictus Prior de  
 “**Dunstaple** Attornato Prioris *Hospitalis* &c.  
 “Quatuor Marcas. Ideo, &c.”

ima mar-  
gine hæc  
leguntur  
aliena ma-  
nu exarata.

“Eisdem anno & die, disfractionavimus ad Scac-  
 “carium Domini Regis Misericordias quorun-  
 “dam hominum Libertatis Nostræ de **Dunsta-**  
 “**ple** per Cartam Nostram de Libertatibus; *Ni-*  
 “*cholao de Turvile*, tunc Vice-comite **Bedfordiæ**,  
 “ibidem præsentente.

Eodem anno, concessimus *Waltero de Pecco*  
 Victualia in Domo *Elemosinariæ* Nostræ ad Vi-  
 tam suam. Et Ipse remisit nobis Stipendia sua  
 de plurimis Annis, et alia plura Debita, in <sup>1</sup> quo  
 ei tenebamur: et in Decessu suo, Medietatem  
 Bonorum suorum omnium, Nobis dabit.

Eodem anno, Concessimus *Luçæ Bodyn* No-  
 vem albos Panes, et Septem Galones de Cervisia  
<sup>2</sup> Coll singulis Septimanis ad Vitam suam:

<sup>1</sup> Sic. F. quibus. <sup>2</sup> Sic. F. Collegii. **College He An-**  
*glice dixerim.*

MCCXCV.

Pro quibus recepimus Viginti Marcas, ad Domûs Negotia supportanda.

Eodem anno, die <sup>1</sup> Sanctorum *Processi & Martiniani* evaserunt à Prisonsa Nostra in **Dunstable** duo Latrones; quorum unus fuit Probator, et plures appellaverat; qui per Salvam <sup>2</sup> manus per nos erant dimissi. Et istud Infortunium imputatum fuit Negligentiæ *Bartholomæi del Broc*, Janitoris Nostri, qui Latronum Custodiam tunc habebat. Et idem *Bartholomæus* statim fugit ad Ecclesiam, et sicut Culpabilis, per tres Septimanas tenuit se ibidem. Postea rediit ad Statum suum Priorem. Et dicitur, quod fecerit Nobis Securitatem de Conservando Nos indemnes in hac parte.

Eodem tempore reparavimus Gaonam Nostram Principalem ab ipso Fundamento, ex Lapidibus et Cæmento. Et interim erant Ipsi Latrones in loco tuto, cujus dictus *Bartholomæus* solus Custos erat per Priorem deputatus.

Eodem anno, durante magna Caristia Bladi, quæ fuerat anno præcedenti, Assisâ Panis fere per omnes Piftores de **Dunstable** enormiter lædebatur. Et Prior ad clamorem vulgi, hoc comperto, per Ballivos suos, de Assensu Communitatis Burgensium, illud statim fecerat emendari;

---

1 *Julii 2<sup>do</sup>*. 2 *Main-prize*.

MCCXCV.

puniens Pistores rigidissime, secundum Consuetudinem Burgi usitatam.

Eodem anno, subtraximus Festa, quæ facere Burgenfibus in *Natale Domini* solebamus.

† Eodem anno, Misit Domnus Papa duos Car-<sup>† D. fol. 6</sup><sub>b.</sub> dinales, ad reformandum Pacem inter Regem Nostrum *Angliæ* et Regem *Franciæ*; et ad compescendum Guerram, motam inter eos ratione *Wasconia*. Et occurrit ipsis Cardinalibus Rex Noster *Angliæ* apud *Lundoniam* Kalendis *Augusti*. Qui, cum Regem Nostram satis tractabilem in hac parte, invenissent; ad Regem & Barnagium *Franciæ* sunt regressi. Et Ipse Rex respondere eis Noluit inconsulte; sed præfixit eis diem Responsi apud *Caumbrie*, post Festum *Omnium Sanctorum*. Rex autem *Angliæ* solennes Nuntios misit ibi, ad audiendum Responsum *Franciæ*. Prædicti autem Cardinales et Nostri Nuntii, audito *Franciæ* Responso, ad propria redierunt; de ipso Responso quicquam nulli Hominum denudantes, nisi solum Domino Regi *Angliæ*. De Concordia inter eos, Spes non erat. Rex *Franciæ* statim misit plures ex suis Magnatibus in manu Valida, ad perimendum omnes, qui in partibus illis, vel Vicinio, Regi *Angliæ* Patrocinium præstiterant, vel Favorem. Quo con-

---

1 Sic *Apogr. W. Lege*, Nostrum.



MCCXCV.

gnito, Rex *Angliæ* proposuit personaliter ibi ire. Et statim summon rogavit totum Regnum suum *Angliæ, Walenses, Hybernenses, et Scotos* omnes, quod præsto essent ad certum Diem & Locum, Iter cum Eo arrepturi, et Superbiam *Francorum* & Injustitiam repressuri. Et quia Rex *Scotiæ* et fere totum suum Regnum, spreto Homagio, quod Regi *Angliæ* prius fecerant, Auxilium Ei ferre recusabant, Homagium suum (ut dicitur) Regi *Franciæ* facientes: Statuit Rex Noster Vindictam facere contra *Scotos*, quod et fecit. De hoc plenius tractabitur in primo Capitulo Anni subsequentis.

Interim, Rex *Angliæ* misit in Partes *Wafconie* Dominum *Eadmundum* Germanum suum, *Eadmundum* Comitem *Lintolniæ*, et plures ex suis Proceribus, cum Armatorum Multitudine copiosa, ad *Francos* debellandum, et Populo, ac Castris, et specialiter Villæ de *Barvene*, quæ Regi adhæserant, subsidium impertirent. In illis autem Partibus, inter *Francorum* et Nostrum Exercitum, dura Bella frequentius sunt commissa; et ceciderunt plurimi hinc & inde: sed in omni Conflictu *Francis* contigit durius; Deo Grates! Veruntamen, in Defensione cujusdam Civitatis, ex Gente Nostra, plures Baneretti morabantur; sed *Franci* eam Obsidentes, ceperunt, et Milites *Angliæ*, et omnes suos in Vinculis abduxerunt.

Et

MCCXCV.

Et contigit hoc Infortunium, quia defuerunt Vi-  
ctualia Genti nostræ, et aliunde Succursum non  
sperabant. Postea, prædicti Comites *Angliæ* cum  
suo Exercitu, et aliis Exercitibus & Amicis quos  
conduxerant, Civitatem de *Burdens* obsederunt.  
Cives autem de *Burdens* pertæsi obsidione si-  
mulabant, se velle reddere Civitatem dictis Co-  
mitibus, Nomine Domini sui Regis *Angliæ* ab  
antiquo: sed Promissum suum & Fidem sicut  
Proditores infringentes, Insultum <sup>1</sup> fecerant in  
Exercitum Nostrum. Et Gens Nostra irruit in  
Eos, et occisis ex Eis multis Milibus Populorum,  
ceteri in Civitatem sunt retrusi. De aliis autem

abraforum loco verborum hæc denuo scripta cernuntur

Bellis, quæ Gens Nostra in Partibus illis fecerat,  
.....  
sicut quidam tunc fabulabant, hic amplius non  
.....  
dicemus.

¶ Transitus autem Marinus singulis Mercato-  
ribus cum Vino, et aliis fere Mercibus, penitus  
fuerat Interdictus, exceptis illis de *Braban*, qui  
Lanas *Angliæ* emptas libere asportabant; eo  
quod Dux eorum Filiam Regis *Angliæ* habuit in  
Uxorem.

† Eodem anno, Rex tenuit Parliamentum suum <sup>† D. fol. 83.</sup>  
*Lundoniis* Kalendis *Augusti*, in Præsentia Lega-  
torum Papæ. Et *Franci* cum Navigio grandi ir-

<sup>1</sup> Sic. F. fecerunt.

MCCXCV.

ruerunt in Villam de *Dobere* repente Meridie, per Negligentiam Burgensium, et Villam in Parte combusserunt; et deprædata ipsa Villa, Nobiliores ex ea Mulieres Captivas abduxerunt. Sed statim Villata ipsa associata sibi Patria, infecuti sunt eos usque ad Naves, et Multitudinem maximam ex eis interfecerunt. Et quidam ex Eis dispersi super Terram præ Timore, similiter sunt occisi. Ubi, ut dicitur, filius Comitis de *Artoys* occisus est, eo quod nulli *Anglico* reddere se volebat. Ex *Anglis* autem in ipso conflictu pauci perierunt. In pluribus<sup>1</sup> aliis per *Angliam*, *Franci* cum Navigio in Nos Insultum fecerunt; sed per Communitatem Patriæ, Hominum scilicet & Mulierum, sunt repulsi; et qui eorum ad littus venerant, post longam Moram factam, in Mari miserabiliter perierunt. Rex autem *Angliæ*, tales Infidias volens devitare, omnes Portus Maris et Loca, ubi solent Hostes intrare, salvo fecit custodiri: per quod, agentes Vigiliis Provinciæ, quam plurimum gravabantur.

Eodem tempore, *Thomas de Turbeville* Miles Captus et Imprisonatus *Parisius* cum nostris Militibus supradictis, per Regem *Franciæ* Liberatus à Prifona, rediit in *Angliam*: Regem & Regnum *Angliæ* proditurus, ut illud *Francorum* sub-

---

<sup>1</sup> Locis forte subintelligend.

MCCXCV.

deret ditioni. Et dedit intelligi Domino Regi, quod Ipse evaserat à Prifona. Idem autem *Thomas* statim Mixturam & Discordiam inter Ipsum Regem & *Wallenses* & *Scotos* feminavit: sed, Deo Grates, sua proditio per Literas, quas secreto fecerat, et ad Regem *Franciæ* mittere curavit, est comperta. Postea in Fugam versus, captus est; et, per Judicium, Equis tractus *Lundoniis*, est suspensus. Væ ipsi misero, qui pro Centum Libratis Terræ, quas promiserat ei Rex *Franciæ* ad Vitam suam tantum, tam diram Mortem est fortitus!

Eodem anno, Dominus Rex celebravit *Natale Domini* apud *Sanctum Albanum*; stans ibidem per multos dies. De Bonis Domus nihil cepit nisi sponte oblata; pro quibus Rex respexit eos Curialiter. Sed Mariscalli Domini Regis de *Mensuris*, pro Defectibus, quos in Libertatibus *Abbatis* repererant; totam Libertatem suam in Manum Regis ceperunt: quæ vix, pro Magno munere, est Ei postea restituta.

Eodem anno, dicti Mariscalli apud *Dunstaple* declinantes, defectus invenerunt in *Mensuris*; pro quo, Villata fecit Finem. Et Ballivi Nostri Hospitium eorum quietarunt. Item villata præsentavit, quod Nos recepimus redemptionem à *Roberto Pistore* pro iudicio Pillorari: pro quo

MCCXCV.

Nos Pacem fecimus, declinare volentes *Expensas & Pericula* graviora. Et fuit illud præsentatum per Villatam in Odium Nostri; contra Consuetudinem obtentam inter Nos & Illos.

Eodem anno, Episcopus de <sup>1</sup> *Ba*, *Tesauror* Regis de Scaccario, qui versus omnes multum rigide se habebat, per Os Regis ab Officio est amotus; et Indignationem Domini Regis, quam conceperat pro Offensa, data magna Pecunia vix sedavit. Et successit Ei *Walterus de Langetone*, *Thesaurarius* de *Warderoba*; qui se in omnibus ad Populum habuit moderate, omni hora.

Eodem anno, Obiit *Rogerus, Cobentrensis* Episcopus, qui Nobis Ecclesiam de *Bradburne* cum Capellis confirmavit, et ab utroque Capitulo suo confirmari procuravit. Et successit <sup>†</sup> Ei prædictus *Walterus de Langetone*; <sup>2</sup> *Tesororius* de *Warderoba* Domini Regis. Qui, cum confirmatus esset ab Archiepiscopo, et Admissus à Rege, Consecratus est in Partibus Transmarinis à Cardinalibus Domni Papæ, cum quibus ibidem Moram fecit pro Reformanda Pace inter Reges *Angliæ & Francorum*; Jure tamen *Cantuariensis* Archiepiscopi semper salvo.

Eodem anno, in æstate, die, &c. *Robertus Ar-*

---

1 *Bath.* 2 *L.* *Thesaurarius.*

MCCXCV.

chiepiscopus apud *Cantuariam* est Intronizatus; et ibi interfuit Rex *Angliæ*: & in suo Prandio caperetur à latente superventu Regis *Franciæ* ad denuntiationem *Thomæ de Turbeville*, nisi essent Literæ ipsius Proditoris Interceptæ.

Eodem anno, obiit <sup>1</sup> *Bonus de Clare*, dives multum in Beneficiis Ecclesiasticis, sed Moribus Pauper; subito obiit, quia parum Boni fecerat in aperto.

Eodem anno, obiit Germanus dicti *Bonus*, Comes *Gloucestriæ*, qui Filiam Regis habuit in Uxorem. Et descendit magna sua Hereditas ad dictam Uxorem & Liberos eorundem.

Item, obiit *Willelmus de Walence*, Patruus Domini Regis, fatis fidelis Regno *Angliæ* postquam ad Bellum de *Lewes* Exulatus fuerat, & reversus.

Item, Obiit Dominus *Johannes de Wodulle* dudum Patronus Noster de *Pateshulle*, de *Hetcham*, & *Grimes<sup>2</sup> thote*, et *Segenbo*.

Item, Obiit *Symon de Pateshulle* junior, nondum Miles. Et Dominus Rex habuit Wardam Heredis sui, et Terrarum, ratione Octodecim <sup>3</sup> Aucarum, quas Dominus Rex percipere solet nomine Sergantiæ, de quodam Tenemento quod ipse *Symon* & sui Prædecessores Tenuerunt. Prior autem de *Dunstaple* disrationavit, et ha-

---

<sup>1</sup> Vel Benues. <sup>2</sup> Sic. <sup>3</sup> Vel, Aucarum.

MCCXCV.

buit Redditum suum quem idem *Symon* Ei debuit pro *Grimeskote* et *Wateshulle*. Tandem, Mater dicti *Symonis*, Manerium de *Wateshulle* cum pertinentiis et Onere, habuit Nomine Dotis.

Eodem anno, recepimus in Manu nostra Terram Nostram de *Wetham*, quam ad Firmam tradidimus *Ricardo de Ekentone*; pro Eo scilicet, quod Cirographum inter Nos de Heredibus vel Assignatis non fecerat Mentionem: et pro Eo præcipue, quod Heres suus, qui se intruserat, de ipso Tenemento fecerat grande vastum.

Eodem anno, *Walterus de Haya* fecit Feloniam in *Hybernia* occidendo Filium Fratris sui, et postea semetipsum. Sed heredes habuit in illis Partibus de Tenementis quæ habuit in *Dullokeshulle*, per *Matildam* Uxorem suam, quæ fuit Una heredum de *Faldho*: et quia ipsi heredes non venerunt jus suum vindicare; alii coheredes de *Faldho* se in ipsum Tenementum intruserunt.

Eodem anno, *J. de Faldho*, *W. de Wederore*, et *J. de Chetendone*, Canonici, Ordinem Sacerdotii susceperunt.

Eodem anno, Magister *Walterus de Wuttone*, Clericus Noster, factus est Archidiaconus *Huntingdoniæ*; et Beneficia prius obtenta non amisit.

Eo-

MCCXCV.

Eodem anno, propter Paupertatem Loci de **Bradburne**, Concessimus Fratribus Lanas Nostras, et omnes Proventus Loci; exceptis Decimis de **Brasentone** ipsius anni; pro quibus recepimus Septendecim Marcas ad Vesturam Conventus.

Eodem anno, *Johannes de Sewelle junior*, Nominis Patris sui, disrationavit **Lundoniis** coram Justiciariis in Banco, Liberam Chaciam suam in Communi Bosco de **Borcwode** cum Canibus, omni hora, contra *Milesentam de Monte-Alto*. Et idem *Johannes* statim ibi cepit Seyfinam et Patriam cum eo. Et dicitur, quod dicta *Milesenta* habet ibidem Francam & perpetuam Warrenam, per Breve Domini Regis.

Eodem anno, fecit Frater *Johannes Carpentarius* Novum Molendinum Novæ Structuræ, et eatenus inauditæ; promittens, quod per Unum Equum tantum trahi posset. Sed cum ipsum Molendinum perfectum esset, et molere deberet; quatuor Equi fortes vix poterant illud movere: et propterea est amotum, et Vetus Molendinum Equitium est resumptum.

MCCXCVI.

† De Captione *Scotiæ* per Regem *Edvardum*. † D. fol. 34.

Anno Gratia 1296, quasi intrante, Obiit Do-

N n n 2

mi-



MCCXCVI.

minus *Edmundus*, germanus *Edwardi* Regis *Angliae*, in Partibus *Wasconiae*; qui ibidem Dux Exercitus ipsius Regis fuerat contra Regem *Franciae*, in Bello pro Terra *Wasconiae*, quam injuste occupavit. Et conditus Aromatibus, repositus est, ad Horam, in Loco *Fratrum Minorum de Baunet*, pro Voluntate Regis in *Anglia* transferendus.

Eodem anno, Obiit *Hugo de Vyenne*, Senescallus dicti Comitis; qui circa Caucettum Lapidem ad **Cordisbrygge** ultra **Trentam** faciendum, expendit quasi infinitas Pecunias, adhuc vivens.

Eodem anno, Obiit *Thomas de Bray* Miles, alius Seneschallus dicti Comitis, Nobis & Domui Nostræ fidelis in omnibus, et Amicus.

Eodem anno, Dominus *Edwardus*, Rex *Angliae*, cum suo Exercitu et Navigio *Anglicano* intravit *Scotiam*, ad expugnandum Regem et Regnum, quia contra eum rebellabant. Et idem Rex in Principio *Marcii* Mensis apud **Berewyc** venit, et Navigium suum ad Urbem applicuit nimis prope. In refluxu vero Aquæ remanserunt Naves in Sicco et Palude. Tunc Homines Civitatis egressi in Naves illas Insultum fecerunt, et ex ipsis Navibus quasdam combufferunt, et Nautas quamplurimos occiderunt. Quod Rex videns, statim personaliter accurrit,  
et

## MCCXCVI.

et suos à Mortis periculo viriliter liberans, retruffit adverfarios infra Urbem. Rex vero, fractis veftibus et feraturis fibi refiftentibus, ipfos infequebatur pedetentim, et ex populo Civitatis occidere fecit Multa Milia: quidam vero, fponte, fe in Flumine fubmerferunt. Mercatores quoque Extranei ibi morantes, in quadam forti Domino fe defendebant; et tamen à Gente noftra funt necati. De Gente vero Domini Regis nullus Nobilis, nullus magni valoris, ibi (ut dicitur,) fuerat Interfectus, nifi folùm Dominus *Ricardus*, germanus *Edmundi* Comitis *Cornubyaë*, cum *Quarello* eft perculfus, Cerebro violato. Eodem die, Castrum Civitatis munitiffimum redditum eft Regi; Salvis Conftabulario et Sociis fuis Vita et Membris. Quantas divitias, quos Thefauros in Villa & in Caftro Rex invenerit, nemo novit. Et contigit hæc Victoria Primo die. Et Rex, obtenta Civitate, munivit eam Muro valido, et Foffato; et omnes *Scotos* expulit ab eadem; et Eam ab *Anglicis* populavit.

Interim, quidam Proceres *Scotorum*, fociato fibi *Ricardo Syward* Milite, qui frenum Regis *Angliæ* in *Wallia* dudum rexit, *Angliam* funt ingreffii, vaftantes & comburentes quicquid invenerant, ufque ad Portas de *Carlyon*. Rex vero Nofter, hoc audito, miffit contra Eos Exercitum copiofum; à quorum facie *Scotici* mox fugerunt:

## MCCXCVI.

runt: et in repatriando Majores eorum et dictus *Ricardus Syward* Castrum de *Dumbar*, quod tunc fuit Comitis *Patricii*, introibant. Quo audito, Rex *Angliæ* misit multitudinem Armatorum ad ipsos capiendum seu obsidendum. Cumque ibi obsessi forent, supervenit ad eorum præsidium de *Scotis* infinita multitudo. Et Gens nostra, relicta ibi salva custodia, fugientes *Scotos* usque ad maximum eorum flumen sequebantur perimendo. Et occurrit ibidem Genti nostræ in auxilio de *Walensibus* et *Hybernensibus* populus, quorum non erat numerus. Et statim, una cum *Anglis* in Hostes irruentes, eos Morti miserime tradiderunt; dispergentesque se *Walenses* et *Hibernenses* per Montanas *Scotiæ*, et loca secreta, fecerunt cladem magnam in Populo, Conditioni seu <sup>1</sup> Sexu, non parcentes. Et cum Exercitus Noster redisset ad Castrum de *Dumbar*, dictus *Ricardus Syward* et alii obsessi, cum Eo pacifice exierunt, se Voluntati Domini Regis <sup>† fol. 84, b.</sup> *Angliæ* supponentes †; ipsi vero, tunc Prisiones, de præcepto Domini Regis, sub securo Conductu in *Angliam* sunt transmissi; unde quidam in *Turri Londoniæ*, quidam apud *Brystowe*, et quidam alibi, sub arcta Custodia sunt locati. Rex autem Noster adhuc in *Scotiæ* moram faciens, Regem *Scotiæ* et complices suos insecutus; omnes

---

1 Sic *Apogr. W.* pro Sexui.

MCCXCVI.

Ditioni suæ subjugavit: ita quod Rex Terræ, mali sibi conscius, quasi sponte ad Pacem Regis venit; et postea ad *Turrim Londoniæ* est transfectus. Filius vero ejus cum Eo captus, ibidem cum Eo est transmissus. Postea, ceteri optimates Regni ad Pacem Domini Regis passim cotidie veniebant: et Venire-nolentes extra Solum proprium miserabiliter Exulabant. Tandem Dominus Rex, disposito Regno *Scotiæ*; et Comite de *Warena* relicto ibi Summo Custode, ipsemet cum Victoria in *Angliam* est reversus.

Post hæc, Dominus Rex Parleamentum suum tenuit apud *Sanctum-Edmundum*, auxilium petens à Laicis et à Clero, in Bello quod commissurus fuit contra Regem *Franciæ*, pro *Wasconia*. Super quo articulo Respectum habuerant Hi & Illi usque ad *Epiphaniam* proximo subsequentem.

Item, in Parleamento ipso apud *Sanctum-Edmundum*, *Johannes*, filius Comitis de *Hoyland*, Filiam Regis *Angliæ* duxit in Uxorem: et Ipso repatriante, Ipsa remansit in Patris Custodia sicut prius. Soror autem Ejus, quæ dudum Duci de *Brabon* nupserat, ad Virum suum honorifice mittebatur.

Posthæc, in Festo *Epiphaniæ* Domini, *Canuariensis* Archiepiscopus cum suis Suffraganeis & Clero; et Electus *Eboratensis* Confirmatus cum Suis similiter, in Ecclesia *Sancti Pauli Lond*  
do

MCCXCVI.

*doniarum* Concilium habuerunt, qualiter, Sana Conscientia, possent Dominum Regem juvare & Contributionem facere quam petebat. Cumque ipsa Congregatio divisa esset in Quatuor Ordines five Turmas, Episcopi scilicet et Eorum Procuratores seorsim; Decani Cathedrales, et Archidiaconi, seorsim; Abbates, Priores, & alii Prælati, seorsim; Procuratores Communitatis Cleri, seorsim; multis Rationibus propositis Pro & Contra: Visum est singulis, quod non fuit Regi Contributio facienda. Intervenerat & Porrecta est in Medium quædam Bulla *Bonifacii* Papæ, per quam, hujuscemodi Contributiones seu Auxilia exigi vel donari, à quibuscunque Personis Clericis seu Laicis, sub Poena Anathematis expressiùs prohibentur: Ita quod Rei, in hac parte, à nullo absolvi possent nisi à Domno Papa, excepto Mortis Articulo duntaxat. Tandem, prædictorum Ordinum seu Turmarum Responsio redacta est in Scriptis, et sub Sigillo *Cantuariensis* Archiepiscopi Domino Regi per Solennes Nuntios destinata; et Rex responsum non acceptavit.

Evolutis paucis diebus, Rex apud *Sarisburiam*, consulto Barnagio suo, crudele Edictum statuit contra Clerum sine Exceptione Personarum in Dignitate vel extra positarum. Tunc, de Mandato Regis, Terræ & Tenementa, Reddi-

MCCXCVI.

ditus et Possessiones, et omnia eorum Bona Mobilia & Innobilia, quæ extra Ecclesias et eorum Cimiteria sunt Reperta, in Manu Regis per Vice-Comites *Angliæ* sunt Seyfita, Confiscata, et Detenta. Ita quod ad Bona sua, Ministri Ecclesiæ manum apponere non valebant. Averia etiam et Bona singula Clericorum sunt taxata, et eorum prædia et valor et Numerus Acrarum rediguntur in Scriptura. Ita quod statim post Festum *Paschæ* primum sequens, omnia sint ad Regis Voluntatem. Sed interim, habuit Clerus Quietem & Respectum, ad deliberandum Bona sua et Terras, de Manu Domini Regis, et ad Finem faciendum pro Eisdem. Tunc *Eboracensis* Electus viso Gravamine Ecclesiæ et Despectu; pro Se & suis Suffraganeis & Clero finem fecit; sanam tamen sibi Conscientiam formans, quasi pro Pace, & Vexatione sibi redimenda:

in Marg.

Regia Protectione super hoc recepta. Ex Provincia vero *Cantuariensi*, plurimi Episcopi similem sibi Conscientiam formantes consimilem Finem fecerunt, et Pacem habebant. Qui etiam Finem non fecerant, Ex-leges & Læsæ Majestatis rei censebantur, et de Injuria, Damno, vel Convicio, Personali vel Prædiali sibi factis, et de ablato sibi Equo à Laico, quod tunc sæpe contingit, Remedium seu Breve à Regia Curia negaba-

\* D fol. 85.

MCCXCVI.

tur: et facti sunt Clerici quasi opprobrium hominum, et abjectio Plebis.

Et in <sup>1</sup> *Quadragesimo* proximo sequenti, Sabato quo canitur *Sitientes*, *Cantuariensis* Archiepiscopus Convocavit suæ Provinciæ totum Clerum apud *Londoniam*. Et diviso Clero in Quatuor Turmas, sicut prius; tractabatur inter eos, si adhuc Regi possent, propter Bullam Apostolicam, <sup>2</sup> *Domino Regi* contribuere quod petebat. Quod, cum facere Clerus sane non valeret: mandavit Rex Clero per Nuntios Solennes, quod de eorum Subsidio nil curavit; sed Emendas petiit, comminando de Despectu sibi facto, pro eo quod eum juvare noluerant ad Defensionem Terræ, et Defensionem Sanctæ Ecclesiæ contra Hostes. Archiepiscopus vero & Clerus Remedium à Domino Papa super hujusmodi angustiis expectabat: et cum Nuntii hora debita non venissent; Ecclesiasticæ Personæ fere omnes, exceptis paucis, cum Domino Rege Finem fecerunt; projicientes Pecuniam, ut emerent sibi Pacem; Literam Regiam de Protectione, ad certum tempus, capientes. Et in *Crastino Palmarum*, cum *Terminus Paschæ*, qui concessæ Pacis erat terminus, propinquaret; Prior de *Dunstable*, Bonorum suorum Distractionem Videns, et majus pericu-

---

<sup>1</sup> Sic. <sup>2</sup> *Redundare videntur, nisi ita distinguas*, Apostolicam Domino Regi, contribuere &c.

MCCXCVI.

lum sibi & suo Monasterio imminens volens præcavere; pro Possessionibus suis & prædiis per loca, Finem fecit per Procuratores Seculares, et Protectionem Regiam recepit, pro Se et singulis suis Locis. Summa vero Finis facti fuit Septendecim Libræ, solvendæ in Festo Proximo *Clausi Paschæ*; et Septendecim Libræ in Festo *Pentecostes* proximo. Et cum fere omnes Episcopi & Ecclesiasticæ Personæ infra Dictum Festum *Paschæ* cum Rege Finem facerent, et Protectione Regia uterentur, *Cantuariensis* et *Lincolniensis* Episcopi restiterunt adhuc Protectionem, per se, vel per alium, non quærentes; propter quod, eorum Bona Mobilia & Immobilia fuerant Confiscata. De Persecutione autem Ecclesiæ *Anglicanæ* et Ecclesiasticarum Personarum, quæ per Laicos Clero facta fuerat ipso anno: hîc amplius non dicitur, sed anno proximo subsequenti.

Eodem anno, Concessum & Datum est à Laicis Domino Regi Subsidium; videlicet, à Civitatibus & Burgis Octavus Denarius de Bonis omnibus indistincte; ab aliis vero Duodecima Pars Bonorum.

Eodem anno, Ballivi nostri de *Dunstaple* arrestare fecerant quandam Carectam in Foro, pro Theloneo suo seu Amerciamento, in qua reponebatur post Arrestationem Piscis emptus in



MCCXCVI.

**Dunstaple** ad Prandium Comitis **Cornubiæ** apud **Berchamstude**. Quod cum Dominus Comes sciret, Nos & Ballivos Nostros in quantum potuit gravavit; ita quod super Feudum suum venire non potuimus, sine magno gravamine vel despectu. De Porcis vero Nostris, pascentibus apud **Chaltone** in Nostra Communa, Septendecim cepit, et contra Vadium & Plegium detinebat. Imponebant etiam Priori & Ballivis suis Despectum sibi factum; nec permisit, quod se excusarent aliquo modo in hac parte.

Eodem anno, Comitissa **Globerniæ**, Filia Domini Regis, post Mortem Comitis, habuit Wardam omnium Terrarum Viri sui. Et quia Ipsa nupsit cuidam <sup>1</sup> Militi sine assensu Regis, recepit in sua Manu omnes ipsas Terras; et Eam posuit in quodam Castro, et Eam ibi exhibuit, ut decebat.

Eodem anno, fuit in *Ciltria* magna habundantia Fructus Fagorum, à retro Temporibus inauditus. Et habuimus ad tunc omnes Porcos nostros apud **Sortegrave** libere pascentes in **Dodeuinis-hay**, sine præstatione <sup>2</sup> Paunagii usque ad *Pascha* sequens; donec Fructus ibi deficerent. In Bosco vero de **Benestworthe**, pascebant & <sup>3</sup> agistati fuerunt, Nobis ignorantibus,

---

<sup>1</sup> *Radulpha de Montbermer. Vide Dugdali Baronag. T. I. p. 215.* <sup>2</sup> *Sic.* <sup>3</sup> *Recepti ad pastum.*

MCCXCVI.

circiter Quadraginta de Porcis nostris: pro quibus, Ballivus Noster, qui hoc fecit, solvit Paungium de suo proprio.

† Eodem anno, *W. de Bodringham*, Archidiaconus *Cornubie*, moram traxit aliquamdiu No-

† D. fol. 85.  
b.

biscum; et fecit Nobis multas <sup>Courtesles</sup> Curialitates: manducans & cibans nos in *Refectorio*. Et admisimus eum in Fratrem Capituli Nostri.

Eodem anno, obiit *David de Flyttewic* Tertius, Miles; et successit Ei hereditarie *David* Filius Ejus et Filius *Lucie*, et habuimus Palefridum dicti *David* mortui, et Arma sua, nomine Herietti, seu Principalis ad Ecclesiam pertinentis. Eodem anno, Obiit *Johannes de Morteyn*, Miles; cujus filius & heres, vivente Patre, nupsit Filio *Ricardi de Rothewelle*.

MCCXCVII.

Anno Gratiae 1297. et anno Regni Regis *Edvardi* Vicesimo-quinto; solvit Prior de *Dunstaple* *Symoni de Bradenham*, Vice-comiti *Bedfordie*, unam Marcam, pro Licentia Concordandi cum Priore *Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem* in *Anglia*, de Banco, de *Termino Paschæ* de Anno Vicesimo-tertio; et habet Talliam. Item, idem Prior solvit dicto Vice-comiti sex Solidos, Octo Denarios, pro pluribus Defaltis versus *Johan-*

MCCXCVII.

*hannem, filium Hugonis Beket de Houctone, de Termino Sancti Hillarii, [ anno ] Vicefimo-quarto.*

[*Quæ sequuntur, sparsim, nulloque servato Ordine, leguntur scripta.*]

† D. fol. 86. † Anno Domini 1302, infra *Octabas Natalis Domini*, Dominus *Johannes de Chedingdone* Prior Noster fuit Installatus. Et fuere Expensæ circa Electionem, Assensum Regis, Confirmationem, et Installationem, à Festo *Sancti Martini* præcedente, usque Festum <sup>1</sup> *Purificationem Beatæ Mariæ* sequens, præter Expensas solitas et consuetas, 21 Lib. 7 Solid. octo Denarii. Item, Escætoribus et Ministris Regis de Donis, Sex Libræ, Quatuor Solidi, Decem Denarii. Item pro Bobus et Equis ad Carucas necessario emptis, Decem Libræ, tredecim Solidi, quatuor Denarii. Item, solutæ pro Debitis prædictis suis, Quaterviginti, decem & octo Libræ, duo Solidi, decem Denarii. Item, pro Reparatione Ædificiorum, et Redd<sup>ituum?</sup> Nostrorum Sex Libræ, quindecim Solidi. Item, pro Blado & Brasio ex Necessè emptis Quater Viginti decem Libræ, Novem Solidi. Item pro Bosco empto, Novem Libræ, Tres Solidi, quatuor Denarii. Summa Totalis

---

1 Sic. F. Purificationis,

MCCCII.

242 Libræ, 8 Solidi, quatuor Denarii; quæ omnia quasi extraordinaria fuere, præter Communas expensas. Et ante Festum *Sancti Michaëlis* per manus Custodis Domus Nostræ integre liberata. Et fueramus tunc onerati ære alieno necessario solvendo in Ducentis-tribus Libris, Quatuor Solidis, Septem Denariis: ad cujus Exonerationem, in Thesaurario Nostro, et Nobis debita continebant, Centum & Quindecim Marcas, Sex Solidos, Octo Denarios. Computabantur prædicta, per Priorem & Conventum die *Sancti Valentini* Anno Domini 1303, ad Professionem & Excitationem Domini *G. de Mersstone*, Confratris Nostri.

Anno Domini 1306, Die *Sabbati* proxima post Festum *Nativitatis Beatæ Mariæ* apud Capellam de *Wouborne* transivit pro Nobis Assisa pro *Sladmede* de *Flitwike*, et contra Dominum *David de Flitwike*, coram

† Anno Domini 1326 intrante, Executores † D. fol. 102, b.  
Testamenti Domini *Rogeri le Brabazon* petierunt à Nobis Viginti Libras, in quibus eis Tenebamur per Recognitionem Eis factam coram Rege, *Termino Sancti Michaëlis* Anno Regni Regis *Edwardi*, Filii Regis *Edwardi*, undecimo, Rotulo 116: Et Quindecim Libras, in quibus tenebamur dicto Domino Regi per Scripta Nostra obligatoria. Et sciendum, quod totam dictam

MCCCXXVI.

Etam Pecuniam mutuo ab eis recepimus: de qua pecunia Magister *Johannes le Brabazon*, Executor prædictus, allocavit Nobis pro duobus Canonicis in Ecclesia Nostra per triennium, pro Anima dicti Domini *Rogeri* Celebrantibus, Octodecim Libras: et pro Decimis Lanæ et Herietto Nobis de dicto Domino *Rogero*, ratione Mortis suæ; et de Ovibus apud *Galidene* comorantibus, debitis Septuaginta Tres Solidos, Quatuor Denarios; et Decem Marcas Nobis legatas per dictum Dominum *Rogerum*. Et solvimus eidem Magistro *Johanni*, per manus Fratris *Johannis de Sancto-Albano*, Confratris Nostri, apud *Londone* die *Mercurii* proxima ante Festum *Sanctæ Margaretæ* Virginis, anno prædicto, Decem Marcas. Et habuimus Acquietantiam de dicto Magistro *Johanne* de dictis Triginta quinque Libris, et de omnibus aliis debitis; quam acquietantiam coram Justitiariis in Banco Regis, idem Magister *Johannes* eodem die apud *Westmonasterium* cognovit esse factum suum, et ipsa ibidem coram dictis Justitiariis et ipso Magistro perlecta, statim ibidem fuit de Verbo ad Verbum Irrotulata, Termino *Sanctæ Trinitatis*, anno Regni Regis *Edwardi*, Filii Regis *Edwardi*, Decimo-Nono, Rotulo 167.

Acquietantia jacet in Thesauraria, in Longa Coffra, inter alias Acquietantias.

† An-

MCCCXXIV.

† Anno Domini 1324. tenebamur Monialibus <sup>† D. fol. 101.</sup>  
*Sancæ Elenæ Londoniarum* in Decem Libris  
Sterlingorum, de Arreragiis cujusdam annuæ  
Pensionis Triginta-quatuor Solidorum, in qua  
eisdem annuatim solvere tenebamur per Factum  
Nostrom, Communi Sigillo Nostro signatum  
tempore *Ricardi* Prioris Nostri; pro qua Annua  
Pensione Prior *Johannes de Chedingdone*, primo  
Die Mensis *Martii*, anno Domini 1324, apud  
*Londone* solvit dictis Monialibus, per Manus  
Fratris *Johannis de Sancto-Albano* Con-Canoni-  
ci sui, Viginti-duas Libras Sterlingorum; pro  
quibus habuimus de dictis Monialibus Quietam  
Clamationem, Sigillo suo Communi signatam,  
et Factum Nostrom, quod penes se habuerunt:  
ita quod extunc fuimus & erimus de dicta Pen-  
sione & omnibus Arreragiis in perpetuum quieti.  
Quieta Clamatio jacet in parva pixide, in  
longa Coffra, in Thesauraria.

Eodem anno, prostravimus Veterem Capel-  
lam *Beatæ Mariæ* (quia ruinosa erat) per Prio-  
rem *Ricardum* hujus Ecclesiæ Quartum funda-  
tam; et à fundamentis reparavimus illam. Et  
primum Lapidem posuimus in Craftino *Sancti*  
*Barnabæ* Apostoli proximo sequente.

† Dominica proxima post *Purificationem Bea-* <sup>† D. fol. 86.</sup>  
*tæ Mariæ*, Anno Domini 1326. *Edwardus*, Fi-  
lius Regis *Edwardi*, Filii Regis *Edwardi*, Puer,  
Vol. II. P p p p apud

MCCCXXVI.

apud **Westmonasterium**, fuit in Regem Coronatus. Et *Edwardus* Rex Pater tunc fuit in Custodia, in Castello de **Kenelworthe**. Et istæ tunc fuerant Expenfæ circa Coronationem,

Panetria — —	45 lib. 17 fol. 6 den.
Botleria —————	188 — 14 — 8 — qu.
Coquina & Polteria, —	584 — 10 — 4
<sup>1</sup> Satteria & <sup>2</sup> Salseria,	215 — —
Magna Garderoba, —	1367 — 5 — 7 - ob.
Privata Garderoba —	216 — 18 — 5 - ob. qu.
Aula & Camera. —	20 — 1 — 1
Stabulum. —————	13 — 8 — 3 — qu.
Vadia —————	4 — 10 — 3
Item pro <sup>3</sup> halis faciendis, in toto	179 — 12 —
Summa totalis,	<u>2835 — 18 — 2 — ob.</u>

Memorandum, quod Anno Domini 1349, tempore Pestilentia, Parochiani de **Dunstaple** fecerunt sibi unam Campanam, et vocabant eam **MARIAM**. Et Prior *Rogerus* commodavit Plumbum ad cooperiendum Campanile.

† D. fol.  
102, b.

† Anno Gratia 1363. <sup>4</sup> Papa Bullam sequentem transmisit in *Angliam*. “Horribilis & detestabilis inproborum Cupiditas, apud Deum et Homines improbata, avertens animos plurium Clericorum, plura Beneficia obtinentium, innumerabilibus Clericis prudentibus et sapientibus atque doctis, in Scolis & alibi degentibus, qui nullum Beneficium sunt ade-

1 Saltery. 2 Saucery. 3 Halls. 4 *Urbanus V.*  
“pti;

## MCCCLXIII.

“pti; nonnulli etiam ex ipsis præ nimia inopia  
“studere non valentes: Nos autem, qui cura  
“vigili circa Gregem, Nobis à Deo commissum,  
“vigilamus, talibus dispendiis non immerito cu-  
“pientes occurrere, Statuimus, ut deinceps nul-  
“lus clericus Secularis intitulus plus quam duo  
“Beneficia possit obtinere, quorum Fructus in  
“universo secundum Taxationem Décimæ ubi  
“taxata sunt Beneficia: aliàs vero secundum  
“communem æstimationem, Summam Centum-  
“viginti Librarum non excedant. Titulati Tria  
“Beneficia possent obtinere, quorum Fructus in  
“universo secundum Taxationem vel Æstima-  
“tionem prædictam, Summam Du-Centarum  
“Librarum non excedant. Sacræ vero Theo-  
“logiæ Doctores, Sacrorum Canonum vel Le-  
“gum Professores, Quatuor duntaxat obtineant;  
“quorum (ut præmittitur) Fructus secundum  
“Taxationem & Æstimationem præmissam, Sum-  
“mam Trecentarum Librarum in universo non  
“excedant, cujuscunque Valoris sit. unum so-  
“lum Beneficium alium quemlibet Clericum  
“posse decernimus obtinere. obtinentes ad præ-  
“fens plura Beneficia, quam in nostra Constitu-  
“tione continentur, ex Iphis superfluum infra  
“duos Menses studeant Resignare. Contrarium  
“vero facientes Vinculo Excommunicationis In-  
“nodamus, à quo, præterquam in Mortis Arti-



MCCCLXIII.

“culo, à nullo Nobis inferiore possint Absolvi,  
 “eorum nihilominus omnia Beneficia Vacantia  
 “Ipso facto Collationi Sedis Apostolicæ refer-  
 “vamus. Nulli ergo Homini liceat, &c. Dat  
 “*Avenion. Kalendis Februarii.*

† D. fol. 89,  
 b. † Anno 1367, Obiit in Villa de **Dunstable**  
 Dominus *Johannes Bracebrigge*, Miles; et ideo  
 habuimus unum Equum cum Sella pro Principa-  
 li; videlicet optimum Equum, quem habuit in  
 ista Villa.

† D. fol.  
 101. † Anno 1369, obiit Domina *Philippa* Regina,  
 Uxor *Edwardi* Tertii post Conquæstum.

Eodem anno, obiit Dominus *Thomas Beal-  
 chaump*, Comes de **Warewik**, apud **Kaleys** in  
 Regressu suo de Insula **Caus**.

† D. fol.  
 103. † Anno 1370, fuit Caristia Bladi in tota *An-  
 glia*; ita quod Quarterium Frumenti vendeba-  
 tur pro 23 Solidis.

Eodem anno, exegit Rex Decimas de Clero  
 propter Guerram contra *Gallos*; quam Guerram  
 Dominus *Robertus Cnollus* man

† D. fol.  
 105, b. † Anno Domini 1388, Dominus *Thomas Wode-  
 stoke* filius Regis *Edwardi* Tertii et Dux **Glou-  
 cestrie**, Dominus *Ricardus* Comes **Arundellie**, et  
 Dominus *Thomas Beauchaump* Comes de **Ware-  
 wylke**, cum multis aliis Proceribus Regni, apud

<sup>R?</sup>  
**Wadecote-brugge** in Comitatu **Oxonie** fecerunt

1 Recte **Wadecote-brugge** conjecit *Wanleius*.      tra-

MCCCLXXXVIII.

stragem magnam de Hominibus de Comitatu *Cestrie*: Pro quibus misit Rex *Ricardus*, ut venirent *Londoniam*; sed ad quem Effectum Scriptor penitus ignorat. Sed vulgariter dicebatur, quod Rex iratus erat contra tres Dominos antedictos, et eos morti tradere conabatur.

† De morte *Symonis* Archiepiscopi *Cantuariensis*, et Domni *Roberti Hales* Prioris *Sancti Johannis Londoniæ*. † D. fol. 103, b.

Memorandum, quod Anno Gratiae 1381, circa Festum *Sancti Barnabæ* Apostoli, Communitas *Cantie & Est-Serie* surrexerunt contra Regem *Ricardum* Secundum post Conquæstum, propter Taxam nimiam toti *Angliæ* impositam; et impediabant Naves, Victualibus & Mercibus onustas, ne usque *Londoniam* pervenirent; ad illum Effectum, ut *Londonienses* Cives Societati eorum adunarent. Postea, *Londoniam* obsederunt; et tandem Communitas *Londoniæ* eis consensit; et sic infra triduum, Domino Regi, tunc in *Turri Londoniarum* pro præsidio constituto, minas inferebant, quod Turrim evertere vellent, nisi Archiepiscopum *Cantuariensem Symonem* (<sup>1</sup> *Mepham*) tunc Cancellarium *Angliæ*, et Dominum *Robertum Hales* tunc Priorem de *Clerkenwelle*, et quosdam alios, quibus Prodi-

---

1 Pro *Mepham legend.* Sudbury.

MCCCLXXXI.

tionis Notam inferebant, voluntati eorum tradi permitteret: sed Dominus Rex timens, et de Morte dictorum *Symonis & Roberti* metuens, primæ eorum Petitioni assensum præbere recusavit. Communitas vero antedicta hæc considerans, Spiritu Furoris agitata, ad Manerium Archiepiscopi, de *Lameth* quantocius accelerabant, et omnia Bona, ibidem inventa, asportabant. Et sic usque ad Hospitium Domini *Johannis de Gaunt*, Ducis *Lancastriæ*, tunc in partibus Borealibus existentis, videlicet *Sabeyc*, festinabant, et simili modo, solo-tenus prosternebant; postea Hospitale de *Clerkenwelle Londoniæ*, et Manerium de *Heybure*, quod eidem Hospitali pertinebat, comburebant, et funditus evertabant.

Tandem Dominus Rex, tactus dolore Cordis, et ista mala in Regno suo fieri considerans; non credens, quod dicta Communitas Archiepiscopum et Dominum *Robertum* antedictos occidere vellent, extra Turrim, Eorum Consensu & Assensu, eos exposuit. Communitas vero, Spiritu Furoris agitata, sine respectu seu dilatione eos mox decapitavit. Hoc autem Scelus horrendum factum est octodecimo Kalendas *Julii*, tunc die *Veneris*, in *Crastino Festivitatis Corporis Cristi*.

Istis vero horrendis, quædam alia horrenda succedebant. Communitas vero Terrarum *San-*  
*cti*

MCCCLXXXI.

*di Albani* cum Communitate de **Barnet** advertentes, quod Communes **Cantiae** et **Est-Sexiae**, atque **Londoniae** contra Regem insurrexerunt, et Eum Vi & Metu, eorum Voluntati condescendere fecerunt; simili modo contra Abbatem *Sancti Albani* insurrexerunt: ac populo adunato, Vexillo erecto, Primo Carcerem Abbatis fregerunt, et quendam ibi incarceratum decapitaverunt, ac ad Abbatem introierunt, et Cartam Libertatis ab eo pertinaciter exegerunt. Tandem, metu mortis compulsus, Abbas eis Cartam, prout Ipsi pertinaciter exegerunt, eis fieri permisit. Simili modo apud **Asscherugge** Communes de **Berkhamstede** & **Hemlamstede** fecerunt. Hæc vero facta sunt die *Sabbati*, videlicet decimo-septimo Kalendas *Julii*.

Sed non talis ac tanta Malitia in illis partibus tantum contineretur; Diabolus malitiæ suæ venenum ad nos usque disperfit. Quidam vero Mercatores de **Dunstaple** apud *Sanctum Albanum* die *Sabbathi* supradicto, in Mercato fuerunt, et talia horrenda fieri viderunt. Eodem die *Sabbati* Consilium, et, ut ita dicam, Conspirationem, inierunt; et parum ante horam <sup>1</sup> *Vesperorum*, ad Nos usque introierunt. Et primus hujus Malitiæ Executor, *Thomas Hobbes Dunstapliæ* <sup>2</sup> *Capitalis pravus*, Domnum Priorem, scili-

<sup>1</sup> *Sic.* <sup>2</sup> *Burgensium Capitaneus.* Sed Prætozem potius appellaverint alii.

MCCCLXXXI.

cet *Thomam Marchal* ex parte Domini Regis, cum quo Colloquium nunquam habuerat, mendaciter salutavit: ' qui salutationi, licet mendaciter factæ, Domnus Prior Caputium deposuit, Caput inclinavit, et Domino Regi (ut decuit) Reverentiam exhibuit. Et Domno Priori, de Voluntate Domini Regis interroganti, dictus *Thomas Hobbes* vultu torvo et minaci respondit, *Mandat* (inquit) *ac præcipit Tibi Dominus Rex, quod Cartam Libertatis facias Burgensibus suis de Dunstaple, sicut habuerunt tempore Henrici Regis Primi.* † Prior, Eorum Pertinaciam & Falsitatem ac Temporis Malitiam parum Considerans, primæ Petitioni illorum assentire recusavit. Sed postea considerans ea, quæ *Londoniis* fiebant, et quæ *Abbati de Sancto Albano* contingebant, Pericula scilicet diversa & Strages Communitati contradicentium; Communitatis furori currenti, pro tempore cessit, et ut ipsi Burgenses petebant Cartam, Communi Nostro signatam Sigillo fieri permisit. Isto in tempore furoris & insanix, pro præsidio habendo, fuerunt apud Nos latitantes Dominus *Willelmus Croyser* Miles, et *Willelmus Bateman*; qui Nobis consuluerunt, ut Eorum Petitioni in nullo pro tempore, contradiceremus. Horum Consilio Domnus Prior adquiescens, & Temporis Malitiam considerans,

† D. fol.  
104.

I F. cui.

Car-

MCCCLXXXI.

Cartam eis fieri permisit, ut dictum. Et nota, quod in Carta illa, quam à Nobis ita pertinaciter exigebant, continetur, quod Fidelitatem Domino Priori facere debent. Sed annuente Domino, prout alibi scribitur, *superbia festinata minuetur*, &c; Carta illa à Nobis ita festinanter & absque Deliberatione extorta, quamvis solenni stylo conscripta, et Magna Quantitate Ceræ sigillata, per longum tempus non duravit. Et inter hujus Cartæ Articulos continebatur, quod Carnifices & Piscarii de vicinis Villis Carnes & Pisces infra Burgum de **Dunstaple** non venderent. Et interrogati Burgenses à Priore, numquid omnibus iste Articulus placeret? Responsum est à multis, *Non placere*, et Schisma erat inter eos, ita quod alter in alterum inopinate vellet irruere. Tandem partibus pacatis, Carta cum ceteris Articulis inibi contentis, ut dixi, sigillata est. Infra breve nãmque Dominus Rex, congregatis Proceribus Regni, insurgentes contra Ipsum & Regni Magnates, occidi fecit; quosdam suspendendo et Trahendo, quosdam decapitando, sicut <sup>1</sup> Crimine Læsæ Majestatis obnoxiiis fieri condignum fuit. Ad Villam tandem *Sancti Albani* Dominus Rex divertens, principales hujus Sceleris auctores secundum Leges puniri fecit:

---

<sup>1</sup> F. Crimini.

MCCCLXXXI.

inter quos Dominus *Johannes Balle* sacerdos, tractus erat et suspensus, et, per *Quarteria* divisus, pro eo, quod tempore Seditiois illius in Partibus Borealibus prædicando, Populum (ut dicebatur) ad Seditioem Excitavit. Dominus enim Prior, tempus opportunum nactus, ut Cartam sic extortam revocaret: Primo blande Burgenses alloquebatur, ut Cartam reportarent: Et illis contradicentibus, incontinenti ad *Sanctum Albanum* accessit, et illuc Burgenses indictatos venire fecit, et Cartam sic Extortam Cancellari fecit et annullari. Et magnas ibi effudit Expenfas, et multa Pericula incurrit pro Liberatione Gentis suæ, scilicet Burgensium de *Dunstaple*. Ceteri enim Magnates Injurias, illis illatas, in Parte vel in Toto illis diebus per Sanguinis Effusionem vindicabant. Iste solus in Partibus istis, pro omnibus sibi commissis, Animam suam et Expenfas exposuit. Sed nota quod alibi scribitur, *Pessimus est Hostis, qui cum Benefeceris illi— Fortius insurgit, &c.* Lapsis enim circiter Octo Annis, In Visitatione Domini Archiepiscopi *Cantuariensis Domni Wilhelmi Corteneye . . . . . desinit abrupte.*

† D. fol.  
109.

† In the yere of owre Lord a MCCCCLIX, and pe 37 yere of Kyngge Herre pe VI<sup>te</sup>, pe VIII day of Maij, the same Kyngge beyng at Dunstaple charged & commaundyd a Squyer of helyn, to make an oppn Proclama  
ma

MCCCCLIX.

macione in pe Towne of Dunstaple, the Tenour wherof folowthe after in these woords :

The kynge oore Souereygne Lorde comaundith p<sup>c</sup> no maner of man of this Towneschip, of what Craft or Mystry he be of, be adherant or drawyng to any Lord, to Eyde or Go with hym in Baderyng of Companyes or Fellowshipes, woughte he be p<sup>c</sup> seyd Lords meynpall Man in howsoide p<sup>c</sup> heys so Adherant or Drawyng to.

For p<sup>c</sup> they bere <sup>Insignia</sup> Signe nor Lyuere of no Lords, excepte oore seyd Souereygne Lorde p<sup>c</sup> kynge, and of his Fyrrstgotyn Sone Edwarde p<sup>c</sup> Prynce, and after p<sup>c</sup> forme of the Statute in that Case ordeynyed.

† Placita per Comitem <sup>ewict</sup> ~~Warr~~ Mareschalli † D. fol. 89.  
Domini Regis, super Petitione Trium Palefridorum, occasione Novæ Creationis Trium Priorum; imponens eis, quod Tenebant de Domino Rege Tenementum per Feodum Baroniam, vel per partem

Qqqq 2

tem



tem Baroniam; super quo, Frater *Thomas* dictus *Mareschallus* de novo in Priorem Creatus, attachiatus fuit per Billam, ad Respondendum Comiti Mareschallo et Seneschallo. Et placitavit, asserendo, se Nichil tenere de Domino Rege per Baroniam, vel per Partem Baroniam; et posuit se super Patriam, unde placitatum fuit et Irrotulatum, ut sequitur.

¶ “Placita Aulæ Domini Regis, tenta coram  
 “ Seneschallo et Mareschallo Hospitii sui apud  
 “ *Sanctum-Albanum*, Die *Jovis* proxima post Fe-  
 “ stum *Sanctæ Lucie* Virginis, anno Regni Regis  
 “ *Edwardi* &c. Tertii post Conquæstum *Angliæ*  
 “ 25. Regni vero sui *Franciæ* 12<sup>mo</sup>. Ad quem  
 “ diem Inquisitio capta fuerat pro Domino Rege  
 “ de ‘Inquir’ de *Visneto* de *Dunstaple*, si Prior  
 “ de *Dunstaple* Teneat Terras et Possessiones  
 “ suas in Villa de *Dunstaple*, vel alibi, de dicto  
 “ Domino Rege per Baroniam, vel per aliquam  
 “ Parcellam Baroniam, per Feodum Comitis Mare-  
 “ schalli *Angliæ*: videlicet Centum <sup>os?</sup> 2 Solid’, quem  
 “ prædictus Comes consuetus est percipere de  
 “ omnibus per Baroniam, vel per Parcellam Ba-  
 “ roniam Tenentibus, secundum 3 Statut’, et ra-  
 “ tione Officii sui de Mareschalcia; quod est in  
 “ Manu ipsius Domini Regis: et Ipse Comiti

---

1 Inquirendo. 2 Solidos. 3 Statutum.

“per

“per Ipsum Dominum Regem commissum quam-  
 “diu sibi placuerit: per <sup>ic?</sup> 1 Sacrament<sup>o</sup>. *Simonis*  
 “*Loring, Johannis Sporour, Walteri Chalgrave,*  
 “*David Eneas, Reginaldi Jordan, Johannis For-*  
 “*dan, Simonis Wran, Johannis Mason, Jordani*  
 “*Fullere, Hugonis Mileward, Johannis Grene-*  
 “*wyche, et Johannis Power.* Qui dicunt super  
 “Sacramentum suum, quod quicquid prædictus  
 “Prior tenet in Villa de **Dunstaple**, vel alibi, in  
 “Puram Tenet et perpetuam Elemosinam; et  
 “non per Baroniam, nec per aliquam Parcelam  
 “Baroniæ, prout in Carta sua plenius contine-  
 “tur. Per quod, consideratum fuit, quod præ-  
 “dictus Prior eat inde Quietus: Salvo semper  
 “Jure <sup>2</sup> Reg<sup>i</sup>, si quis versus eum inde aliàs Loqui  
 “voluerit.

† “Rex. Dilectis & Fidelibus suis *Johanni Ca-* † D. fol. 94<sup>a</sup>  
 “*vendisse et Johanni Holte, Justiciariis Nostris*  
 “ad Affisas, Juratas et Certificationes in Comi-  
 “tatu <sup>3</sup> **Bed** capiendas assignatis, Salutem. Cum,  
 “inter ceteras Libertates, Dilectis Nobis in *Cri-*  
 “*sto* Priori et Conventui de **Dunstaple** per Car-

1 Sacramentum. 2 Regis. 3 Bedfordiæ.

“tas Progenitorum Nostrorum, quondam Re-  
 “gum *Angliæ*, quas per Cartam Nostram Con-  
 “firmavimus, concessas; Concessum sit eisdem,  
 “quod Ipsi habeant & teneant Manerium & Bur-  
 “gum de *Dunstaple* in Liberam & perpetuam  
 “Eleemosynam, adeo Libere & Quiete, sicut  
 “Progenitores Nostri eam liberius Tenuerunt. Ita  
 “quod in dictis Manerio & Burgo, habeant quan-  
 “tamcunque conferre potest Potestas Regia, Li-  
 “bertatem: Ac quondam Prior Loci prædicti,  
 “Prædecessor Prædicti Prioris, coram Justiciariis  
 “Nostris Itinerantibus apud *Bedeforde*, Anno  
 “Regni Nostri *Angliæ* Quarto, Virtute Carta-  
 “rum & Confirmationis Nostræ prædictarum,  
 “ad Breve Nostrum de *Quo Waranto* clamave-  
 “rint, quod Justiciarii Nostri, tam Itinerantes  
 “quam alii, cum Sederint in Comitatu prædicto,  
 “accedant ad Burgum prædictum, ad omnia Pla-  
 “cita, dictum Priorem et Homines suos, tam Co-  
 “ronæ quam aliorum quorumcunque Placito-  
 “rum, in dicto Burgo tangentia, ibidem Placi-  
 “tandi. quæ quidem Libertas eidem Priori per  
 “eosdem Justiciarios, Virtute cujusdam Brevis  
 “Nostris, eis inde directi, allocata fuit, prout in  
 “Cartis et Confirmatione Nostra prædictis, ac  
 “Exemplificatione Tenoris cujusdam Certifica-  
 “tionis, per ‘Thesaurar’ et Camerarios Nostros  
 “in Cancellaria Nostra, de Mandato Nostro de

---

 1 Thesaurarium.

“ Allocatione Libertatis prædictæ, missæ pleniùs  
“ continetur. Vobis Mandamus, quod præfato  
“ Priori Libertatem prædictam, cum Vos in Co-  
“ mitatu prædicto Sedere contigerit, prout ju-  
“ stum fuerit, allocetis, juxta Tenorem Carta-  
“ rum, Confirmationis, et Tenoris prædictorum,  
“ ipsos contra Tenorem eorundem non Mole-  
“ stantes in aliquo seu gravantes. Teste &c. 12  
“ die *Aprilis*, Anno Regni Nostri *Angliæ* qua-  
“ dragesimo Nono, Regni vero &c. *Fraunciæ* 36”.

De Lite inter Priorem & Burgenfes de Dun-  
staple, vid. Rot' 6. de Term' S. Mich. an' 44  
Edw.III.





# EXCERPTA QUÆDAM

E Chartulario MS. membraneo  
Prioratus de Dunstaple  
in Bibliotheca HARLEIANA.

Fol. 2. a. ]



TEM habemus, ex do-  
no dicti Regis Johan-  
nis, unam Feriam <sup>1</sup>. .  
. . . . . per.  
III. dies duraturam. Sci-  
licet decimo die Maii  
& . . . . .  
. . . . . fit

ad nocumentum vicinarum feriarum. Cum omnibus  
l. . . . . feriam perti-  
nentibus, sicut prædictum est. &c. Dat. . . . .  
. . . . .

---

<sup>1</sup> Perit folii pars magna.

Fol.

Fol. 2. b. . . . . mus habuit in uxorem Matildam, "sororem" Malcolmi, Regis Scociæ. quæ peperit ei . . . . . dam, postea Imperatricem. De ista Matilda Imperatrice natus est Henricus Rex secundus . . . . . em Stephani in Anglia regnavit.

. . . . . enricus rex primus post mortem Willelmi filii sui & Matildis uxoris suæ duxit in uxorem & . . . . . lliciam, filiam . . . Ducis de Lovene, propter sui pulcritudinem.

. . . n Henricus fundavit ecclesiam de Dunstaple "(s. Prioratum)" & instituit in ea canonicos regulares. Et . . . . . ecclesiam de Dunstaple & burgum in forma prædicta. Item dedit eis ecclesiam sancti Petri Beð. . . . . Cuthberti. Ecclesiam sanctæ Mariæ. Et cum. XXXV. annis & III<sup>or</sup>. mensibus feliciter . . . . . biit in Francia. Et corpus ejus in Abbacia de Redingg̃, quam ipsemet nobiliter . . . . . honorifice est humatum. Et obiit anno gratiæ M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XXX. quinto.

Fol. 13. a. *Indotatio Vicariarum perpetuarum in Ecclesiis de Stodham, Toternho, Chaugrava, Hesseburne & Segenho, per Hugonem episcopum Lincolnensem.*

**O**MNIBUS Christi fidelibus &c. Hugo, Dei gracia &c. Salutem in Domino. Ad universitatis vestræ noticiam volumus pervenire, nos Vicarias perpetuas in ecclesiis de Stodham, de Toternho, de Chau-

1 F. filiam. 2 *Supra lin. sed ead. manu.*

grava, de Hesseburn & de Segenho auctoritate concilii ordinasse, & ad præsentacionem dilectionis in Christo filiorum Prioris & Conventus de Dunstaple, ad ipsas Vicarias, sic Ordinatas, Vicarios perpetuos admisisse, & in eisdem instituisse. ita tamen, quod nichil juris prædictis Priori & Canonicis accrescet in ipsis Ecclesiis per hanc nostram ordinationem & institutionem, sive per eorum præsentationem. Sunt autem prædictæ Vicariæ ordinatæ in hunc modum. Scilicet, quod Vicarius perpetuus ecclesiæ de Stodham, habebit, nomine Vicariæ suæ, totum alteragium ejusdem ecclesiæ, cum manso competente & continente circiter septem acras, salvis Priori & Canonicis de Dunstaple de præfato alteragio una marca annua & agnis. Vicarius vero perpetuus de Toternho habebit, nomine Vicariæ suæ, totum alteragium illius ecclesiæ, & redditum decem denariorum de terra Ricardi Cadwer, & medietatem decimæ feni de tota parochia. Vicarius similiter perpetuus de Chaugrava habebit, nomine Vicariæ suæ, totum alteragium illius ecclesiæ, & duas Croftas & Gardinum, quæ sunt juxta ecclesiam, quarum major Crofta, quæ est ex parte occidentali, continet in se quatuor acras, & minor Crofta cum Gardino, quæ est ex parte australi, assignabitur ei pro manso. Vicarius eciam perpetuus de Hesseburn habebit, nomine Vicariæ suæ, totum alteragium ipsius ecclesiæ cum crofta & prato ex parte australi. Vicarius insuper perpetuus de Segenho habebit, nomine Vicariæ suæ, totum alteragium ejusdem ecclesiæ, exceptis agnis, qui dictis Priori & Canonicis remanebunt. In hiis autem omnibus Quinque Vicariis, sic ordinatis, prædicti Prior & Canonici omnia onera ordinaria dictarum Ecclesiarum debita & consueta sustinebunt, præter

ter Sinodalia, quæ Vicarii perfolvent. Salvis in omnibus super præfatis Quinque Vicariis & ecclesiis præmissis episcopalibus consuetudinibus & Lincolnienſis ecclesiæ dignitate. Et hujus rei T. &c. Hiis testibus.

*The Endowment of the Vicarages of Stodham, Cotherno & others manu recenti.*

*Nicholai Archidiaconi [Bedfordiæ Narratio] de Rokeshac. f. 20. b.*

**D**ILECTO domino suo Ricardo, Dei gratia Cantuariensi Archiepiscopo, totius Angliæ primati, & Apostolicæ Sedis legato, Nicholaus, Archidiaconus Bedfordiæ, Salutem & debitam subjeccionem. Cum causam, quæ vertitur inter Willelmum filium Fulcheri, & Alexandrum canonicum de Rokeshac, in vestra præſencia tractandam esse acceperim, ab utraque parte requisitus, ut vobis scriberem super capella de Rokeshac, veritatem ex commemoratione & attestacione capituli, à capitulo convocato nec non à laicis discretis & legitimis didici. Philippus de <sup>1</sup>Sannerviil, divina instinctus inspiratione, præfatum locum assensu Roberti, Lincolnienſis Episcopi, divino assignavit, suamque donationem cartæ suæ attestacione communivit. Unde quidam episcopus de Sancto <sup>2</sup>a Saf, qui tunc temporis præfati Lincolnienſis episcopi vices gerebat, capellam cum cimiterio in honorem Dei & beati Nicholai ibi constructam dedicavit. Et omnes, qui ausu sacrilego illum locum invaderent aut everterent, excommunicavit. Prædicto vero Philippo postmodum defuncto,

---

<sup>1</sup> Sic. <sup>2</sup> Sic, pro Afaph.



quod nota  
manu recentis.

Gilebertus de 'Saunervill illius heres & Hugo Gu-  
biun, cujus filiam in uxorem duxerat, donationem Phi-  
lippi in irritum revocare machinantes, sacerdotem  
quendam, Edgarum nomine, qui loco illi præerat, ve-  
xare & infestare non destiterunt, donec in præsentia  
sæpediti Lincolniensis episcopi receptis XL. solidis  
memorato loco renunciavit, & cartas omnes reddidit.  
Aliquanto autem tempore elapso præfatus G. lepra ta-  
ctus, in mea & tocius Synodi præsentia voce lacrima-  
bili confessus est, se flagellum Dei merito sensisse, pro-  
pter loci, divino cultui mancipati, everisionem. un-  
de & pœnitenciam sibi injungi requisivit, & in pristi-  
num statum locum eundem reformavit. et, sicut car-  
tæ, quas palam produxit, attestantur, reformationem  
ac suam donationem corroboravit. et hoc totum com-  
pletum est antequam Rex Angliæ filiam prænominati  
G. cum hereditate sæpe memorato. W. concessisset.  
Vale.

Fol. 33. a. *Conventio inter R. Priorem & Con-  
ventum de Dunstaple & Willelmum Priorem  
& Conventum de Snelleshale.*

**A**NNO, ab Incarnacione Domini. M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. nono-  
decimo, mense Aprili facta est conventio inter  
R. Priorem & Conventum de Dunstaple ex una parte,  
& Willelmum Priorem & Conventum de Snelleshale ex  
altera, scilicet quod dicti Prior & Canonici concess-  
erunt dictis Priori & monachis duas garbas <sup>2</sup> decimæ de

---

1 Sic. 2 Id est, duas garbas cujullibet decimæ five deci-  
mationis de toto dominico. *Quæ vox decimæ subintelligen-  
da proinde est mox post duas garbas in fragmento à cl. Seldeno  
in Historia Decimarum (p. 272.) è Chartulario MS, Monaste-  
rii*

toto dominico Thomæ Mansel & heredum suorum in Senle, habendas & tenendas de eis & successoribus suis integre, absque omni retenemento, in perpetuum pro tribus marcis annuis, quas dicti Prior & monachi solvent eis apud Dunstaple, nomine firmæ annuæ & perpetuæ, sive plus sive minus valeant decimæ memoratæ. videlicet in festo Sancti Martini unam marcā, & in festo Purificationis sanctæ Mariæ unam Marcā, & in festo sancti Johannis Baptistæ unam marcā. Quod totum fideliter, integre & firmiter observare promisit uterque conventus, quamdiu dicti Prior & Canonici valebunt dictis Priori & monachis dictas decimas 'plen̄ guarant̄ erga episcopum & consuetudines episcopales & alias exactiones.

*Carta à capitulo emissa de Vicaria de Neubotle.  
f. 34. b.*

**S**CIANT præsentēs & futuri, quod nos R. Prior de Dunstaple & ejusdem loci conventus, intuitu Dei dedimus & concessimus, & præsentī cartā nostrā confirmavimus, Domino Rogero de Mores capellano altellagium ecclesiæ de Neubotle, cum omnibus minutis decimis & oblacionibus, & crosta quæ est juxta ecclesiam, & omnibus aliis pertinentiis suis. Et præfatus R. ministrabit in eadem ecclesia honorifice, & inveniet in ea libros, & ornamenta. & adquietabit nos erga episcopum, & archidiaconum, & eorum nuncios in debitis obsequiis. Nobis autem retinuimus decimas

---

*rii de Giseburne in Bibliotheca Cottoniana adducto. Id quod conjectura etiam affecutus est doctissimus Tilleleius, qui Seldenum egregie refutavit, in pag. 198. Ed. 2. Animadversionum in Seldenum. 1 Plene garantizare.*

garbarum in eadem ecclesia, & terras aratorias, & prata & pascua & domos quæ retinuimus in dominico nostro, & pensionem qualem & quantam placuerit domino Episcopo nobis indulgere. Et ut hæc nostra concessio in perpetuum rata sit & inconcussa, scriptum præsens sigilli nostri munitione duximus roborandum.

*Nota de hospitali sanctæ Mariæ Magdalene  
[apud Dunstaple.] f. 35. b.*

**R**ICARDUS Prior de Dunstaple & ejusdem loci conventus præsentibus & futuris salutem. Sciat, nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse, Rogero Capellano totam curam & Custodiam hospitalis nostri de Dunstaple, tam super leprosis quam super aliis infirmis, scilicet, ut omnes proventus & Reditus, qui ejusdem hospitalis sunt, tota vita sua integre percipiat, & eosdem ad honorem Dei & utilitatem loci illius & pauperum Christi fideliter expendat. Concessimus etiam eidem R. ut singulis diebus in capella ejusdem loci divina celebret officia. ita tamen, quod occasione hujus permissionis matriæ ecclesiæ nullum dampnum inferat, vel scienter per se vel per alium aliquo modo fieri permittat. Diebus siquidem præcipue festivis, quibus parochiani tenentur ad matriæ Ecclesiam convenire, & oblationes suas facere, nullum de parochianis in prædicta capella ad officium vel ad oblationem suscipiet, sed eos ad ecclesiam suam remittet. Ita quod in hoc casu, & in omnibus aliis, tam in decimis quam in oblationibus & omnibus aliis Rebus, jura matriæ Ecclesiæ, quæ prius percipere solebat, integra & illibata conserventur, & nichil à prædicto R. vel suis in præjudicium & dampnum ecclesiæ nostræ  
ali-

aliquando vel aliquo modo præsumatur. Si autem contigerit, quod aliquis vel aliqua de parochianis <sup>1</sup> nostri pecierit ab eodem R. annuale vel tricennale <sup>2</sup> cereberari, & hoc sacristæ ecclesiæ nostræ prius ostendet, & sic habito super hoc ejus assensu, illud ad faciendum suscipiet. Similiter, si super desponsalibus faciendis Requisitus fuerit, nullo modo in prædicta capella ea faciet, sed neque alium sacerdotem ibidem eadem facere permittet, nec ad confessionem aliquem <sup>3</sup> parochianis admittet. Prædictus etiam R. inspectis sacrosanctis euuangeliiis, sacramentum præstitit, quod de cattis suis prædicto hospitali ex toto conferendis, vel aliis, quæ dominus eidem loco dederit, conservandis, fidelis per omnia & in omnibus existet, & Ecclesiæ nostræ in hiis, quæ prædicta sunt, fidelitatem omnimodam exhibebit. Nos vero eidem R. sicut carissimo fratri nostro concessimus, quod cum eum contigerit de vita præsentis recedere, ad ecclesiam nostram eum faciemus honorifice deferri, & inter fratres nostros exequiis rite celebratis honeste sepelli.

*Compendium Bullæ Innocentii III. contra mulieres fornicarias & adulteras. f. 39. a.*

**I**NNOCENTIUS [ III. ] de sancto Albano & de Woburne Abbatibus, & majori celerario de sancto Albano. Ex parte dilectorum filiorum canonicorum de Dunstaple fuit propositum coram nobis, quod R. de Merstun, & quidam alii eorum vicarii Lincolnensis & Londoniensis dioceseon, quibus quædam ecclesiastica beneficia liberaliter contulerunt, Dei timore post-

---

1 L. nostris. 2 L. celebrari. 3 L. de par.

posito, mulieres fornicarias & adulteras in suis præsumunt domibus publice detinere, & licet fuerint sæpe commoniti, eas tamen nolunt abicere, in scandalum populi & obprobrium clericale. Quocirca &c.

*Pandulfi Legati Litteræ ad Prælatos omnes diocesis Lincolnensis, quibus, ut Henrico III. subsidium ferant, hortatur. f. 39. a.*

**P**ANDULFUS legatus omnibus Prælati Lincolnensis diocesis. Cum regnum & sacerdotium, tanquam duo Cherubin, invicem se respiciant, & ex antiquo mutuo se contingant, ac in necessitatis articulo sese debeant mutua caritate juvare, sicut tam ex novo quam ex veteri testamento colligitur, multis & variis, quibus dominus rex opprimitur, necessitatibus consideratis, quas nos debemus ut proprias reputare, ex quibus etiam timenda possent in futurum tam regi quam regno incommoda suboriri: Discrecionem vestram duximus exortandam, quatenus domino regi, super necessitatibus suis, tanquam boni filii pie compacientes, manum auxilii de mera gratia porrigatis liberaliter & libenter, ut tam à sede apostolica, in cujus cura & custodia ipse consistit, quam ab ipso, cum ad ætatem pervenerit, vos et ecclesiæ vestræ merito debeatis commendari, & apud ipsum majorem gratiam promereri, Rescripturi nobis quicquid super hiis duxeritis faciendum. Vos autem, domine episcopo, singulorum vota, qualia sint in hac parte, per literas vestras nihilominus exponatis, ut singulorum devocione plenius intellecta, eisdem possimus, prout convenit, respondere.

*De*



rans, promisi, & promissum meum hac Carta mea confirmavi, quod solvemus præfatæ ecclesiæ fideliter & integre omnes decimas, ad dictam matricem ecclesiam pertinentes; scilicet de blado & omni genere leguminis, de molendinis & fenis, pomeriis & ortis, & Columbariis, & de obvencionibus animalium & apum, & siqua sunt alia, quæ per annum renovantur. Item ad fabricam matricis ecclesiæ <sup>1</sup>ausilium præstabimus, sicut alii convicini. Ad quam præcipuis festis cum familia nostra, & cum oblacionibus & veneracionibus, veniemus, secundum antiquam & bonam consuetudinem loci. præcipua autem festa intelligimus Natale Domini & Pascha, quo ad majores missas; Purificationem beatæ Mariæ, dominicam quæ est in palmis, Pentecosten, Assumpcionem sanctæ Mariæ, dedicationem ecclesiæ. Capellanus etiam noster, qui in præfata capella pro tempore ministrabit, infra XV dies adventus sui, præstabit juramentum fidelitatis priori de Dunstaple, personæ præfatæ ecclesiæ, & ejus vicario. In cujus juramento continebitur, quod sine assensu nullum sacramentum ministrabit in capella præfata, præter missam, siue sanis siue etiam infirmis. Nec parochianos ad divinum officium admittet. & si qua oblacio facta fuerit in præfata capella à me vel à meis vel ab extraneis, eam fideliter & sine <sup>2</sup>dilectione vicario restituet. Præterea, vicarius, si voluerit, in festo ipsius capellæ majorem missam celebrabit & oblacionem habebit. Ad matricem etiam ecclesiam pro confessione habenda & nos & successores nostri veniemus. Tintinnabulum autem tantum unum & manuale habebimus pro familia, cum opus fuerit, ad missam convocanda. Et si ego vel he-

---

<sup>1</sup> Sic    <sup>2</sup> F. dilacione.

redes mei contra hæc fecerimus, vel aliqua eorum, vel moniti non satisfecerimus, licebit decano de Dunstaple, qui pro tempore fuerit, me vel heredes meos per interdictum capellæ, & aliam districtionem ecclesiasticam, appellatione remota, ad eorum observacionem compellere. In cujus rei testi.

F. 56. a. Ego Willelmus de Eldifdon, pro me & heredibus meis, indemnitati matricis Ecclesiæ de Stodham providere desiderans, promisi, quod ego & heredes mei solvemus præfatæ ecclesiæ plene & integre omnes decimas, tam minutas quam majores, sine aliqua retencione omnium eorum, qui per annum renovantur. Item ad fabricam matricis ecclesiæ auxilium præstabimus, sicut alii Parochiani. Ad quam præcipuis festis, scilicet die Natalis Domini, die Paschæ, die Purificacionis, die Palmarum, die Pentecostes, die Assumpcionis beatæ Mariæ, die Dedicacionis ejusdem ecclesiæ, cum familia nostra & cum oblacionibus & veneracionibus veniemus, secundum consuetudinem loci, ad majores missas. Capellanus etiam noster, qui in capella nostra ministrabit pro tempore, <sup>1</sup> in nico adventus sui ad nos, præstabit juramentum fidelitatis ecclesiæ matriçi, & Priori de Dunstaple, & ejusdem ecclesiæ vicario. In cujus juramento continebitur, quod, sine assensu rectorum <sup>2</sup> matricis, nullum sacramentum ministrabit fanis nec infirmis, præter missam, nisi in articulo mortis. Et tunc sine præjudicio matricis ecclesiæ. Nec Parochianos admittet ad divina, nec ad oblacionem, in dictæ ecclesiæ præjudicium. Et si qua oblacio facta fuerit in capella à me, vel à meis, sive à parochianis vel <sup>3</sup>extraneys, eam integre & sine mora

Carta Willelmi de Eldifdon de capella de Bareworthe.

<sup>1</sup> F, in inicio, <sup>2</sup> F, matricis ecclesiæ, nul. <sup>3</sup> Sic.



vicario restituet. In qua capella, si vicarius voluerit, in festo ejusdem magnam missam celebrabit, oblacionem accepturus. Nos autem & successores nostri, pro confessione habenda ad ecclesiam matricem veniemus. Habebimus etiam tintinnabulum unum tantum ad familiam convocandam. Si vero ego vel heredes mei contra aliqua prædictorum venerimus, & admoniti non satisfecerimus, liceat loci diocesano, vel cui vices suas commiserit in hac parte, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, nos ad eorum observacionem compellere. In hujus &c. Hiis testibus &c.

F. 51. b. Memorandum, quod in vigilia sancti Laurentii apud Pipwell comparuit Prior de Dunstaple per H. de Billincdon, procuratorem suum sufficienter datum, in causa, quæ vertitur inter ipsum Priorem & Willelmum de Eltesdon, pluraliter comparentem coram Archidiacono Leyrecestriæ, & domino Thoma de Alkebi vices domini Lincolnensis ad diem illum gerentibus. Cum super Cantaria, à dicto Priore præmissa W. in capella, in curia sua de Barworth fundata, concessa aliquantulum esset altercatum; Demum dictus W. præmissæ Cantariæ renuncians, Instrumentum Prioris & conventus, super ea obtentum, dicto procuratori in judicio restituit. Ita videlicet, quod omnia, dictam Cantariam contingencia, quoad dictos Priorem & conventum, ad eum statum reducantur, in quo fuerunt ante præmissæ cantariæ concessionem. Procurator vero Prioris reddidit similiter dicto W. omnia instrumenta, inter eos confecta, super terra, ab eodem W. pro indemnitatem matricis ecclesiæ data dictis priori & concessa.

**Chappell**  
in **Bar-**  
**worth**  
**dissolbed,**  
manu rec.  
in marg.

*F. 52. a. Concordia de Wybbesnad.*

**O**MNIBUS Christi fidelibus, Literas præsentis in-  
specturis, de Bello loco & de Chikesand Prio-  
res, & Decanus de Bedeford, Lincolnensis Diocesis,  
æternam in Domino salutem. Mandatum domini pa-  
pæ suscepimus, in hæc verba. "Gregorius, servus ser-  
"vorum Dei, dilectis filiis de Bello loco & de Chike-  
"sand Prioribus, & Decano de Bedeford, Lincolnien-  
"sis Diocesis, Salutem & apostolicam benedictionem.  
"Conquesti sunt michi Prior & conventus de Dun-  
"staple, quod Prior & conventus de Merton, N. de  
"Tingri, & quidam alii, Lincolnensis, Wintoniensis,  
"Coventrensis Diocesum, super redditibus, decimis,  
"possessionibus & rebus aliis injuriantur eisdem. Id-  
"eoque discretioni vestræ &c. facientes &c. testes &c.  
"Quod <sup>1</sup> sin omnes &c. Dat Lateran quinto Kal  
"Maii, pontificatus nostri anno quinto". Hujus igitur  
auctoritate mandati, comparentibus coram nobis apud  
Flittam Priore de Dunstaple pro se & conventu suo, &  
Jordano, Canonico de Merton, pro Priore & conven-  
tu suo procuratore, ad litigandum & componendum,  
legitime constituto, & Radulfo, rectore capellæ de  
Wibbesnad, personaliter comparente, Decano de We-  
ston gerente vices Decani de Bedeford, præsentis Prio-  
re de bello Loco, Priore de Chikesand ad totam cau-  
sam per privilegium excusato, Prior de Dunstaple fe-  
cit editionem in hunc modum. Radulfus, rector ca-  
pellæ de Wibbesnad, clericus Prioris & conventus de  
Merton, de assensu dominorum suorum occupat ple-

rasque decimas, spectantes ad parochiam ecclesiæ suæ de Stodham, & ad parochiam ecclesiæ suæ de Toterho, & ideo petiit, quod fieret limitum declaratio, & quod caveret Radulfus pro se & successoribus suis, ne aliquid in posterum de suis parochiis occuparet. Demum, super hiis dato trium mensium spacio ad componendum, talis compositio amicabiliter intercessit, quod, de assensu parcium, Nicholaus vicarius de Eytōn, & Johannes vicarius de Toterho, & N. Vicarius de Keneswrthe, iudices electi examinaverunt testes utriusque partis super limitibus & terris, de quibus singulæ parochiæ decimas recipere deberent. Tandem Prior elegit Johannem filium Aylie & Johannem filium Radulfi. R. vero vicarius elegit Johannem Petith & Ricardum Hingolph. Quibus diligenter examinatis, juramento, sicut moris est, præstito, iudices unanimiter diffinierunt, inter parochiam de Stodham & de Wibbesnað, quod limes erat à quercu, quæ est juxta fossatum, quod appellatur **Dichchaumpeleye**, per lineam usque ad cnollam, quæ est juxta <sup>1</sup> Grauiam Philippi, & inde usque ad aulam ejusdem P. & inde ad fossatum vetus, quod dividit croftam Ricardi Hingolph, ut pars versus meridiem pertineat ad parochiam de Stodham, & altera pars ad Wibbsnað. Quantum vero ad parochiam de Toterho, dixerunt, quod feodum Rogeri de Welton & Nicholai Landas spectant ad eam, excepta crofta Erlewini, quam dicebant ecclesiam de Wibbsnað quadraginta annis & amplius possedisse. Præterea concessit utraque pars, quod in autumpno collectores Prioris de Dunstaple, & collectores Prioris de Merton, & collectores ipsius Radulfi & successo-

---

<sup>1</sup> Vel Gravam. Vulgo, **Grove**.

rum suorum præstabunt ad invicem juramentum, quod nullus eorum accipiet quicquam, quod ad ecclesiam alterius pertineat, & diligenter jus cujusque alterius inquiret, ne eos errare contingat in dampnum alterius. & sic expensæ sunt hinc inde remissæ. Nos igitur pacis amatores, hanc compositionem, juri consonam & canonicam, auctoritate domini papæ, qua fungimur, ratam habemus, & sigillorum nostrorum appositione confirmamus. testes &c.

*Bounds of the Parishes of Stodham & Whipsnaid,  
& part of Toternhoo manu recenti.*

*Carta de receptione Alani de Hida & Aliciæ  
uxoris ejus in fraternitatem Domûs de Dun-  
staple. f. 56. b.*

**U**NIVERSIS Christi Fidelibus Ricardus [ de Mo-  
rins ] prior de Dunstaple, & ejusdem loci con-  
ventus, Salutem. Noverit universitas vestra, nos una-  
nimi consensu Dominum Alanum de Hida, & Aliciam  
uxorem ejus, recepisse in fraternitatem Domus nostræ,  
ut sint perpetuo participes in missis & matutinis &c.  
Domus nostræ. Et præterea iuveniemus eis unum Ca-  
pellanum Canonicum vel secularem, quamdiu alteruter  
eorum vixerit ad ministrandum in capella sua de Hy-  
da, ad victum dictorum Alani & Aliciæ & stipendia  
nostra, & post mortem eorum assignabimus eis unum  
Capellanum alternandum per singulas ebdomadas in  
capitulo nostro, ad celebrandum singulis diebus perpe-  
tuo pro eis, & animabus antecessorum suorum, & suc-  
cessorum suorum, & familiarium, & benefactorum no-  
strorum, & omnium fidelium defunctorum. Ipsi autem  
commendaverunt & dederunt corpora sua Deo, &  
bea-

beato Petro, & ecclesiæ nostræ, & faciemus eorum nomina in martilogio nostro annotari, & circumferri per domos religiosas, cum nominibus canonicorum & converforum nostrorum. & sciendum est, quod missa prædicta, post eorum mortem, in ecclesia nostra de Dunstaple debet celebrari. In cujus &c.

*Carta Hugonis Coterel Canonicis de Dunstaple de annuo redditu XVIII. denariorum. f. 68. a.*

**E**GO Hugo Coterel, intuitu Dei, dedi Deo & Canonicis de Dunstaple annum redditum XVIII. denariorum, percipiendum ad duos terminos, s. medietatem ad festum Sancti Michaëlis, & aliam ad festum Sanctæ Mariæ in Marcio, s. de Johanne le Rumâgur. I. denarium, de Toma filio Lundriue. II denarios, de Wilhelmo Peytre. II. denarios, de Wilhelmo filio Alfredi. I. denarium, de Vincentio. III<sup>or</sup>. denarios, de Simone filio Johannis. I. denarium, de Alexandro filio Incogom. I. denarium, de Hugone Picot. I. denarium, de Margareta filia Roberti. I. denarium, de Radulfo le Ferrum. I. denarium, de Simone de infirmaria. II. denarios, de Radulfo filio Inerwette. I. denarium. Quem redditum prænunciati tenentes debebant & solebant reddere michi pro incremento, quod feci eis de dimidia acra, quæ jacet in vico de North, quam pater meus emit de Ada le Corder. Quare volo, quod dicti Canonici habeant & teneant & percipiant prædictum redditum, ita bene & libere, sicut ulla elemosina melius & liberius haberi & recipi potest. Et ego Hugo & heredes mei warantizabimus &c.

*Ricardi II Litteræ Patentēs, vulgo Inſpeximus dictæ, de Fundatione & Indotatione Prioratus S. Petri de Dunſtaple, f. 95. b.*

**R**ICARDUS, Dei gracia, Rex Angliæ & Franciæ, & dominus Hiberniæ, Omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, Salutem. Inſpeximus cartam confirmationis domini <sup>1</sup>E. nuper Regis Angliæ, avi noſtri, in hæc verba. 1377

Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, dominus Hiberniæ & dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & Omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, Salutem. Inſpeximus cartam confirmationis domini <sup>2</sup>E. nuper Regis Angliæ, patris noſtri, in hæc verba.

Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, dominus Hiberniæ & dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, Salutem. Inſpeximus cartam confirmationis, quam celebris memoriæ dominus <sup>3</sup>Henricus, quondam Rex Angliæ, avus noſter, fecit Priori & Canonicis de Dunſtaple in hæc verba.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, Salutem. Inſpeximus cartam illuſtris Regis Anglorum H. primi, in hæc verba.

---

<sup>1</sup> Edwardi III. <sup>2</sup> Edwardi II. <sup>3</sup> Henricus III.

H. Rex Angliæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, & omnibus Ministris suis, Francis & Anglis, Salutem. Scia-  
tis, me, pro Deo, & pro Salute mea, & anima Willelmi filii mei, & Matildis Reginæ uxoris meæ, dedisse ecclesiæ Sancti Petri de Dunstaple, quam ego in honore Dei & ejusdem apostoli fundavi, & Canonicis regularibus ibidem Deo fervientibus, imperpetuum & liberam elemosinam, totum manerium & Burgum de Dunstaple, <sup>1</sup> ferris eidem villæ pertinentibus; scilicet quatuor culturas <sup>2</sup> circum villam de Dunstaple, & mercatum ejusdem villæ, & scolas ejusdem villæ, & <sup>3</sup> omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus eidem villæ pertinentibus, ita bene & in pace, & libere, & quiete, & honorifice, & integre, sicut ego eam melius in dominio meo tenui.

Retineo autem in dominio meo <sup>4</sup> meos domos villæ, & gardinum ubi hospitari soleo; & habeant focam & faccam, & thol & theam, & infangenethf, & grithbrith, & hamfocne, blodewyte, forstal & flemenerd, & communionem in bosco <sup>5</sup> Hoit', & communes pasturas <sup>6</sup> Hoic, & Cadendon, Kenesworth, & Totenho, & <sup>7</sup> quadrariam ejusdem villæ. Præcipio autem, quod homines, qui venerint ad mercatum de Dunstaple, habeant meam firmam pacem, in eundo & redeundo, & ne quis eos disturbet injuste super decem librarum forisfacturam.

Concedo eciam prædictis Canonicis quicquid ratio-

---

<sup>1</sup> L. cum terris. <sup>2</sup> L. circum, vel circa. <sup>3</sup> Cum additur in marg. sed ab al. (ut videtur) manu. <sup>4</sup> Sic, pro meas. <sup>5</sup> Hoctonæ, *Mon. Angl. Vol. II. p. 133.* <sup>6</sup> Hoctonæ, & Sadendonæ, & Keneswurthæ, & de Totenho, *Mon. A.* <sup>7</sup> Lapidinam.

nabiliter acquirere poterunt, & quod ipsi & homines sui sint quieti de syris, & hundredis, & murdris, & tallagiis, & placitis, & querelis, geldis & denegeldis, & hidagiis, & theolonio, & passagio, & pontagio, & stallagio, & omni consuetudine & omnibus secularibus exactionibus & terrenis serviciis, per totam terram meam; & sicut Deo auctore prædictum manium libere & quiete de Deo tenui, ita ipsum liberum & quietum ecclesiæ Sancti Petri, & Canonicis ibidem Deo servientibus, regia auctoritate imperpetuum possidendum concedo & confirmo: Ita quidem, quod in hac & in omni possessione sua habeant imperpetuum quantamcumque conferre potest potestas regia libertatem, T. Roberto Episcopo Hereford, & Simone Episcopo Wirecestre, & G. Cancellario, & Roberto de sigillo, & N. nepote Episcopi, Milone Glocestr. & Humfrido de Buun, & G. filio Pagani, & P. filio Johannis, & Drogone de Monceio, & Mauricio de Wyndr, apud Cumbam.

Nos igitur donacionem prædicti Regis gratam & ratam habentes, pro nobis & heredibus nostris eam præsentī carta nostra confirmamus. Concessimus insuper dictis Priori, & Canonicis Deo ibidem servientibus, quod ipsi Prior & Canonici habeant & teneant imperpetuum Burgum de Dunstaple & Burgenses ejusdem villæ cum pertinentiis. Ita bene & plene in auxiliis, misericordiis, sectis, serviciis & consuetudinibus omnibus, sicut nos vel heredes nostri haberemus & teneremus, si dictus Burgus de Dunstaple & dicti Burgenses essent nostri, & in manu nostra. Nec obstat ipsis Priori & Canonicis, quod, quocumque casu con-

---

1 L. manerium.



tingente, prædictis auxiliis, misericordiis, sectis, serviciis & consuetudinibus, hætenus ita plene non sunt usi, quin prædicta habeant, sicut nos haberemus, si prædictus Burgus & prædicti Burgenses essent nostri, & manu nostra, hiis testibus: Eustachio London, Petro Winton, Jostellino Bathon, Ricardo Sarrum Episcopis, Huberto de Burgo Justiciario nostro, Wilhelmo de Eynesford & Ricardo de Argent Senescallis nostris, Henrico de Capella, & aliis. Dat. per manum venerabilis patris Radulfi Cicestrensis Episcopi & Cancellarii nostri apud Westmonasterium, tertiodecimo die Februarii, anno regni nostri undecimo.

Inspeximus eciam quandam aliam cartam confirmationis ejusdem avi nostri, factam prædictis Priori & Canonicis, in hæc verba: Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, dominus Hiberniæ, & Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & fidelibus suis, Salutem.

Inspeximus cartam illustris Regis Ricardi <sup>1</sup>, avunculi nostri, in hæc verba: Ricardus, Dei gratia, Rex Angliæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Ballivis, Ministris, & omnibus fidelibus suis, Francis & Anglis, salutem. Sciatis, nos concessisse, & præsentis carta nostra confirmasse imperpetuum, ecclesiæ Sancti Petri de Dunstaple, & Canonicis ibidem Deo servientibus, totum Burgum de Dunstaple, cum omnibus pertinentiis suis, excepta Curia nostra domibus, quas H. Rex, proavus noster, in manu sua retinuit, quando mannerium Cano-

nici in perpetuam elemosinam dedit. Omnes etiam donaciones, quæ eis <sup>1</sup>perpetuam <sup>2</sup>elemosinam sive de ecclesiasticis, sive de secularibus rebus <sup>3</sup>conabilic' factæ sunt, concedimus & confirmamus, sicut cartæ, quas inde habent, testantur. Et volumus & præcipimus, ut ipsa ecclesia & Canonici imperpetuum subscriptas habeant libertates & quietancias, videlicet facam & foccam, & thol & theam, & infangenethef & forstal, flemewreth & hamsoche, & omnes libertates, & omnes liberas consuetudines & quietancias, scilicet de affultu & pacis fractura, & furtis, & murdris, & sanguinis effusione, in omnibus rebus, & in omnibus terris & locis, quæ ad prædictam ecclesiam pertinent, & imperpetuum pertinebunt, & omnibus forisfactis hominum suorum vel alienorum, <sup>4</sup>ut in terris suis venerint, sint omnia placita & nostris prædictis Canonicis, sicut nostra forent, si ipsas terras manu nostra teneremus. Ita tamen, quod regalis justitia non remaneat, set per Ministros eorum juste & plenarie fiat.

Concedimus etiam, quod Prior, & omnes homines sui, & res suæ sint quietæ per totam terram nostram in mercatis & nundinis, in omni transitu viarum, & poncium, de tholoneo & passagio, & pontagio, & lastagio, & stallagio, & syris, & hundredis, & wapentachiis, & <sup>5</sup>scolis, & geldis, & danegeldis, & hydagiis, & fartis, de operacionibus castellorum, & parcorum, & vivariorum, de carreio & sumagio sive aliquibus rebus transvehendis, sive per terram sive per aquam, de auxilio vicecomitum sive Ministrorum suorum, de warda & wardefelū, Tigenpany & hengwhite, de equita-

---

<sup>1</sup> F. in perp. <sup>2</sup> Sic. <sup>3</sup> F. rationabiliter. <sup>4</sup> F. vel. <sup>5</sup> F. scolis.

cionibus & exercitiis, & de omnibus exactionibus & serviciis terrenis.

Præterea concedimus prædictis Canonicis communionem in bosco de <sup>1</sup>Hoiton, & communes pasturas de Hoctūn, & Cadendon & Kenes wurth & Toterno, & quadrariam ipsius villæ; similiter & homines sui prædictæ pasturæ habeant communionem. Præcipimus eciam, ut nullus se intromittat de terris, sive hominibus, sive catallis suis, nisi ipsi & ministri eorum, nec homines suos, sive per terram sive per aquam, vexet aut disturbet super forisfacturam nostram.

Et ut omnia includamus, <sup>2</sup>ea auctoritate nostra Rex H. proavus noster de Deo prædictum Burgum de Dunstaple libere & quiete tenuit, & eis tenendum & disponendum concessit & carta sua confirmavit, & nos eis tenendum pro salute nostra & ejus anima, & pro anima patris nostri, concedimus & confirmamus imperpetuum. T. Waltero Rothomagensi Archiepiscopo, R. Bathon. H. Sarrum Episcopis, apud Werzeliacum, tercio die Julii, anno primo regni nostri.

Nos igitur concessionem & confirmationem prædicti Regis ratam & gratam habentes, pro nobis & heredibus nostris eam præsentī carta nostra confirmamus, hiis testibus Eustachio Londōn, Petro Winton, Jostelino Bathon, Ricardo Sarrum Episcopis, Huberto de Burgo Justiciario nostro, Willelmo de Eynesford, & Ricardo de Argent' Senescallis nostris, Henrico de Capella, & aliis. Dat' per manum venerabilis patris Radulfi Cicestrensis Episcopi & Cancellarii nostri apud Westmonasterium, terciodecimo die Februarii, anno regni nostri undecimo.

---

[<sup>1</sup> *Vel*, Hocton.    <sup>2</sup> *F*, qua.

Nos autem donaciones, concessiones & confirmaciones prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, prædictis Priori & Canonicis, & eorum successoribus, concedimus & confirmamus, <sup>1</sup>sicute cartæ prædictæ rationaliter testantur, hiis testibus venerabilibus patribus W. Cantuariensi Archiepiscopo tocius Angliæ primate, J. Norwicensi Episcopo Cancellario nostro, W. Exon Episcopo Thesaurario nostro, Thoma Comite Norff. & Marefcallo Angliæ fratre nostro carissimo, Humfrido de Bohun Comite Hereford, Johanne de Warena Comite Surriæ, Hugone le Despenfer Seniore, Bartholomæo de Badelesmere Senescallo hospicii nostri, & aliis. Dat' per manum nostram apud Westmonasterium sextodecimo die Novembris, anno regni nostri quattodecimo.

Inspeximus eciam quandam cartam ipsius patris <sup>2</sup> nostri in hæc verba. Edwardus, Dei gratia, Angliæ Rex, dominus Hiberniæ & dux Aquitanniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & fidelibus suis, Salutem. Sciatis, Nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse, dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de Dunstaple, quod ipsi & successores sui imperpetuum habeant liberam Warennam in omnibus dominicis terris suis de Houghton Regis, Totenho, Eyton, Stodham, Flitwike, Pullokesull, Segenho & Wadelowe in Com. Bed, & Bareworth in Com Hertford, dum tamen terræ illæ non sunt infra metas forestæ nostræ. Ita quod nullus intret terras illas, ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum, quod ad Warennam pertineat, sine licen-

---

1 L. ficuti. 2 Edwardi II.

cia & voluntate ipsorum Prioris & Conventus vel successorum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & heredibus nostris, quod prædicti Prior & Conventus & successores sui imperpetuum habeant liberam Warennam, in omnibus dominicis terris prædictis, dum tamen terræ illæ non sint infra metas forestæ nostræ. Ita quod nullus intret terras illas, ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum, quod ad Warennam pertineat, sine licencia & voluntate ipsorum Prioris & Conventus vel successorum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum, sicut prædictum est, hiis testibus venerabilibus patribus W. Archiepiscopo Eborum Angliæ primate, J. Norwicensi Episcopo Cancellario nostro, W. Exoniensi Episcopo Thesaurario nostro, Edmundo Comite Kancixæ fratre nostro, Adomaro de Valencia Comite Pembrochiæ, Hugone le Despenfer Juniore, Ricardo Damory Senescallo hospicii nostri, & aliis. Dat' per manum nostram apud Eborum, tercio die Maii, anno regni nostri sextodecimo.

Inspeximus insuper cartam celebris memoriæ domini H.<sup>1</sup> quondam Regis Angliæ, Progenitoris nostri, in hæc verba: H. Dei gracia, Rex Angliæ, & Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus Ministris & fidelibus suis tocius Angliæ, Salutem. Sciatis, me concessisse, & præsentem cartam confirmasse, ecclesiæ Sancti Petri de Dunestapla, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, subscripta, quæ eis in elemosinam collata sunt, scilicet ex dono Regis H. avi mei ecclesiam Sancti Petri, &

ecclesiam Sanctæ Mariæ, & ecclesiam Sancti Cuthberti de Bedefort, cum omnibus tenementis & pertinentiis suis, sicut cartæ prædicti avi testantur. Ex dono Hugonis filii Gozelini ecclesiam de Cublino, & terram de Gledel. Ex dono Patricii de <sup>1</sup>Cadureis unam hidam & unam virgatam terræ in Chalk. Ex dono Moïun de Puni terram de Cateby, concessione Roberti Comitis Legrecestriæ. Ex dono Simonis de Wabella ecclesiam de Segenho, & ecclesiam de Totenho, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Walteri filii sui & concessu Simonis filii medietatem ecclesiæ de Patheshell, & ecclesiam de Heccham, & in Grimestota quicquid de eorum feodo est, cum molendino & omnibus aliis pertinentiis suis. <sup>2</sup> Et dono Osberti Martel, & Schephani de Welt', & Willelmi de Landas, concessu domini sui Walteri de Wah, terram de <sup>3</sup>Scortgue. Ex dono Turstini de Hunrug ecclesiam de Merst', cum pertinentiis suis. Ex dono Willelmi de <sup>4</sup>Pum, & Jordani de Hum, ecclesiam de <sup>5</sup>Neweb. Ex dono Willelmi filii Fulcheri & Osmote uxoris suæ, concessu Alexandri filii Gerald, & Adelezre uxoris suæ, capellam de Rocheshac, et ecclesiam de Flettewic, & ecclesiam de Huseburna, cum pertinentiis suis. Ex dono Rogeri Loereng, concessu Simonis de Bello Campo, domini sui, ecclesiam de Chalgrave, cum pertinentiis suis. Ex dono Rogeri de Saleford, concessu prædicti Simonis de Bello Campo, ecclesiam de Aspelai, cum pertinentiis suis. Ex dono Johannis Piro, concessu domini sui Roberti de Auben, ecclesiam de Pulloch, cum suis pertinentiis. Ex dono Radulfi Piro, concessu prædicti Roberti de Au-

---

<sup>1</sup> *Vel* Cadurcis. <sup>2</sup> *L. ex.* <sup>3</sup> *Vel* Scortgrave. <sup>4</sup> *Vel* Puni. <sup>5</sup> *F.* Newbottle.

ben̄, ecclesiam de <sup>1</sup>Herling, cum pertinentiis suis. Ex dono Ricardi de Steppingel̄ ecclesiam de Steppingel̄, cum suis pertinentiis. Ex dono Alexandri de Stodham ecclesiam de Stodham, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Pagani de Muntdubl̄ terram de Hara, quæ fuit Johannis Cresset, & XXIII acras de dominico de Thudrūg, & XXVIII acras de Johns, & II acras de bosco juxta. Ex dono Andreæ de Brai XL. acras in campis de Thoteho. Ex dono Abbatis de Woburn̄ medietatem ecclesiæ de Cest', cum omnibus pertinentiis suis, sicut carta Abbatis testatur, cum <sup>2</sup>confessu Conventus. Quare volo & firmiter præcipio, quod ecclesia Sancti Petri de Dunestaple & Canonici ejusdem ecclesiæ habeant & teneant omnia prænominata, & quælibet alia, quæ eis data sunt vel adquisita rationabiliter, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in piscariis & vivariis, in viis & semitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus, ad ea pertinentibus, bene & in pace, libere & quiete, plenarie, integre & honorifice, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis, sicut cartæ donatorum suorum, quas inde habent, testantur. T. R. Episcopo apud Wint', Henrico Baiot Episcopo Com̄, Willelmo de Mand', Reginaldo de Curtenai, Willelmo de Hum̄, Reginaldo de Panilli, Thoma Bardoff, Gerardo de Canvilla, Radulfo filio Sthi, apud Melebga.

Nos autem donaciones, concessiones & confirmaciones prædictas, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Priori & Canonicis & successoribus suis concedimus & confirmamus, sicut cartæ prædictæ rationabiliter te-

---

1 *F.* Herlingdon. 2 *Sic.*

stantur, & prout iidem Prior & Conventus Manerium & Burgum, ac terras & tenementa prædicta, modo tenent, ipsique & eorum prædecessores ea hætenus tenuerunt, ac libertatibus & quietanciis prædictis rationabiliter usi sunt & gavisi, hiis testibus, venerabilibus patribus H. Lincoln Episcopo Cancellario nostro, R. Coventr' & Lichef. Episcopo, Johanne de Eltham Comite Cornubiæ fratre nostro carissimo, Willelmo de Monte Acuto, Olivero de Ingham, Johanne Mantravers Senescallo hospicii nostri, & aliis. Dat. per manum nostram apud Wodestock quintodecimo die Maii, anno regni nostri quarto.

Nos autem donaciones, concessiones & confirmaciones prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Priori & Canonicis, & successoribus suis, concedimus & confirmamus, sicut carta prædicta rationabiliter testatur, & prout iidem Prior & Conventus Manerium & Burgum, ac terras & tenementa prædicta modo tenent, ipsique & eorum prædecessores ea hætenus tenuerunt, ac libertatibus & quietanciis prædictis rationabiliter uti & gaudere consueverunt. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, duodecimo die Decembris, anno regni nostri primo.

f. 104. a. **The Indowment<sup>1</sup> of Lotternhoe Wicc :**  
**as it is Recorded in the Registry at**  
**Lincolne.**

Bedf: Arch. Tempore domini Hugonis Wells, quondam Episcopi Lincolnienſis, qui cœpit

---

<sup>1</sup> *Indotatio hæc manu recenti (ut puto, Pregion) scripta in papyro, ad fol. (quod innuimus) 104. compaginatur.*



*Excerpta è Chartulario*

præesse Ecclesiæ Cathedrali ibidem Anno Domini millesimo CCIX<sup>o</sup>.

Totternehoe Vicariæ ordinatio in libello antiquo de ordinationibus vicariarum fo. 7.

Vicaria in ecclesia de Totterneho, quæ est Prioris & Conventus Dunstapell, auctoritate consilii ordinata, consistit in toto alteragio ipsius ecclesiæ, & in redditu 'X. den. de terra Ricardi Godwer, & in medietate X<sup>2</sup>. feni de tota parochia, & solvet vicarius synodalia, Canonici vero hospitium Archidiaconi procurabunt.

*Concordat cum Registro  
Episcopatus Lyncoln. exr.* } *Fo. Pregion.*

F. 117. b. *Carta originalis Ricardi de Lega, qua concedit terram suam in Beresford canonicis de Bissemedede. Folio autem per filum adsutam esse scias.*

**U**NIVERSIS sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus de Lega Salutem. Sciatis, me dedisse, concessisse, & hac præsentis Carta mea confirmasse Deo, & Beatæ Mariæ, & Canonicis apud <sup>2</sup>Bissemade Deo servientibus, totam terram meam in Beresford, cum omnibus suis pertinentiis, in villa & extra villam, sine ullo Retene-

<sup>1</sup> *Id est, decem denariorum, non, ut alii forsitan malint, decimi denarii.* <sup>2</sup> *Sic.*

mento mei vel heredum meorum. Tenendam & habendam prædictis Canonicis de me & heredibus meis in perpetuam Elemosinam, ad sustentacionem unius Canonici, qui in prædicta domo de Bissemede pro anima mea, & anima uxoris meæ Isabelæ, & animabus patrum & . . . . . trum, prædecessorum & successorum nostrorum, & Omnium fidelium defunctorum, Missam cantabit. Volo etiam, quod prædicti Ca. . . . . ci totam prænominatam terram, cum Omnibus suis pertinenciis & libertatibus, teneant de me & heredibus meis in perpetuum, scilicet . . . . . , ab omnibus michi & heredibus meis pertinentibus, salvo servicio Domini Regis, scilicet ad scutagium viginti solidorum, duos soli . . . . . plus, plus, & ad minus, minus. & ego sæpèdictus Ricardus, & heredes mei prænominatis Canonicis de Bissemede totam præfatam . . . . . um omnibus suis pertinenciis, tantum per Regale servicium prænominatum, contra omnes homines & feminas perpetuo warrantizabimus. & ne ego antedictus Ricardus de Lega, vel heredes mei, in præfata terra, cum pertinenciis, aliquod jus, vel clamium, in posterum vindicare possimus, prædictis Canonicis præsens scriptum sigillo meo munivi. Hiis testibus, Ricardo Decano de Econ, Johanne Capellano de Colmordea, Henrico de Braybroc, Radulpho de Oylde Bof, Thoma de Flaunvile, Waltero filio Roberti de Bolhurl, Waltero Capellano de Beresford, Willelmo de Oylde Bof, Girardo fratre ejus, Johanne filio Willelmi, Godefrido filio Roberti, Thoma de Colilden, Helia Pincheware, Thoma de Oylde Bof, Ricardo de Coltentin.

---

I Perit membrana particula.

Breve

*Breve Edwardi IV, anno Regni 19<sup>o</sup>, quo potestatem dat Priori de Dunstaple, recipiendi sacramentum Johannis Hampden, Escaëtoris regii in Com̄ Bed. & Buk. una cum forma Juramenti. f. 125. b.*

**D**IE Lunæ, in Festo Sancti Stephani prothomartiris, venit breve Domini Regis Priori de Dunstaple, Anno Regis Edwardi quarti post Conquestum decimonono, ut sequitur in hæc verba.

Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ & Franciæ, & dominus Hybernæ, dilecto sibi in Christo Priori de Dunstaple, Salutem. Sciatis, quod dedimus vobis potestatem recipiendi sacramentum dilecti nobis Johannis Hampden, Escaëtoris nostri in Com̄ Bed & Buk. de Officio illo bene & fideliter faciendo, juxta formam cujusdam Cedulæ, præsentibus interclusæ. Et ideo vobis in fide & dilectione, nobis tenimini, firmiter injungendo mandamus, quod sacramentum prædictum recipiatis, & cum illud receperitis, eidem Johanni literas nostras patentes, sibi de Officio prædicto factas, quas vobis mittimus, per latorem præsentium liberetis. Et nos de sacramento illo, cum sic captum fuerit, in cancellariam nostram sub sigillo vestro distincte & aperte, sine dilacione, constare faciatis, remittentes nobis hoc breve. Teste meipso apud Westmonasterium, octavo die Decembris, anno Regni decimonono.

*Copia Cedula interclusa.*

**Ye shall swere, that ye shall serbe the Kyng wele & truly in the Office of the Eschetour, in the Counte of Bed & Buk, &**

**I F. qua nobis tenemini.**

**Do**

do the Kynges pꝛofytte in all thyngs that belongith to you to doo, be wey of your office after your wytte & power & his ryghtez, and all that belongith to the Crown ye shall truly kepe. ye shall not assent to decrece ne to conselement of the Kynges ryghtez, ne of his frauncheslez. And wheresoener ye shall have knowlege of the Kynges ryghtes of the Crown, be it in londys, rentez, fraunchislez or Sutez, be in any wyle concelyd or withdrawyn, ye shall do your payn & Dplygence to wythstond it, & make it to be restoryd & repairyd. And yf ye may notte do it, ye shall shew it to the Kyng, or to suche of his counceill, the which ye know for certeyn will sey hitte to the Kyng. ye shall truly trete the people of your baylyfwyke, and do ryght to euey man, as well to power as to ryche, in all that belongith to you to doo. ye shall do no wrong to any man, nethyz for yeste, promysse, love nor hate, nor no mannys ryght distruble. ye shall do nothyng, wherby the kyng mayselese, or wherby that ryght may be distourbyd, lettyd or deleyd. ye shall truly & ryghtfully retourne & serue all the kynges wyttes. ye shall in yourre propre persone make, or do to be made, thextentes of londez & othir reuenuesz after theyre veray value, & duly charge thenquestes that be retornyd afore you, and receyve the bereditis, & retourne them, as ofte as they be takyn to you. And that wythyn a moneth, ye shall take no baylyf in to yourre seruyce, but suche as ye woll answer for. ye shall make your baylyf to make suche Othe, as itte belongith to you to you to gyf hym. ye shall truly & ryghtfully yeld accompte atte Kynges Eschequer, of all thyssez of your baylyfwyk. ye shall take your enquestes in oppn places, and notte pryvy, and that by Endenture, after theffette of the Statute thezeof made, as God helpe you and his Seyntes.

1 Sic. F. shall sey it. 2 F. yeste. 3 *Id est*, may so loose.  
4 Sic. 5 Sic.

F. 126. b. *A Letter testimonial or Certificate of many of the Inhabitants of Dunstaple, Edifburgh, Whipnade, Tilsforth, Stanbrigge, and Kennesworth, touching the Right of common of Pasture, which the Inhabitants of Houghton and Sewelle claim in the Fields of Eytone and Toternho.*

**T**all Cristen people, to whom this present writyng shall come to see or here, We, whos names be vnder wretyn, sende gretyng in oure Lorde God euerlastyng. Forasmuche as it is medefull and meritory to euery trewe Cristen man, to witnesse, testifie and to record the trowth in euery mater and cause doughtfull, variable and vncerten, and in especiall in such materes and causes, as touche title of inheritaunce. Wherfore, whereos ther is nowe variaunce, strife and Debate hadde and mouid bitwene the tenauntes, inhabitauntes and reciauntes of Eyton and Toternhoe on the oon partie, and the tenantes, inhabitauntes, reciauntes of Houghton and Sewell on the othez partie, for cezten comen of pasture, whiche the seid tenauntes, inhabitauntes and reciauntes of Houghton and Sewell aske and clayme to have to theym for ther bestes and cateil in diuerse placis and feldes of the seide tenauntes, inhabitauntes and reciauntes of Eyton and Toternho aforesaid, that is to seye, from the Moore callid the litil Moore vnto Lowborgh grene, and in oon feld callid Toternho feld in the same towne ensuyng by the hegge of the Est partie of Toternho vnto Spilmannestrote, and so by a weye callid Portwey unto a Crosse callid the Porte crosse, and moreouer the same inhabitauntes, tenauntes and reciauntes of Houghton and Sewell clayme to have comen for ther bests and cateil in a feld callid Littelye, in the seid feld of Toternho, if it so be that it be not the lorde Zouche seuerall soile, whiche is lorde of the same Lordship: We, whos names be vnder wretyn aforesaid, witnesse, testifie and recozd for trowth in this behalve, that ther is oon crosse

croſſe ſtandynꝝ in the ſeld of Toternho, the whiche Croſſe ſtandith in Ikeneld ſtrete, to the whiche Croſſe the waye ledynꝝ from Spilmannſtroſte directy ſtreachith and extendith, at whiche place ther hath be a Croſſe ſtandynꝝ from tyme that no minde is, vnto the Day of makynꝝ of theſe preſentes. Whiche Croſſe hath be euere, and yette is, named White Croſſe and not Porte Croſſe. And alſo whezeos ther is another Croſſe nowe ſtandynꝝ in the Comen Waye and ſtrete, ledynꝝ ad ſtretchynꝝ thorough the towne of Toternho beſide the meeſe and dwellynꝝ place late of John Pedder, and nowe John Aſhwell of Toternhoe, Whiche Croſſe the ſeid tenants, inhabitauntes and reſtauntes of Houghton and Sewell nowe calle and name Portecroſſe, and alſo they ſay that it ſhode theze in the Xth yere of the reigne of Kyng Harry the IIIth and before, and that the ſeid waye and ſtrete at that tyme, and all other tymes ſith and afoze, was callid, named and knowen by the name of Portwey: We, whos names be vnder wretyn afozeſeid, Witneſſe, teſtiſe and record for trouth, that the ſeid Croſſe, nowe ſtandynꝝ in the ſeid waye and ſtrete, was firſt ſette there within the terme and ſpace of XXIII yere laſt paſt next afore the makynꝝ of theſe preſentes, and callid by the name of Pedders Croſſe, and nowe late knowen by the name of Aſhwell Croſſe, and that in tyme paſte, afore the making and ſettyng of the ſame Croſſe, ther was neuer any maner of Croſſe callid Portecroſſe, oz by any other maner name, ſtandynꝝ theze from tyme that any man or perſone can or may remembre, or euez herde telle oz ſpeke of in tyme paſte by any man or perſone trewely and indifferently diſpoſed, and alſo that the ſeid comen waye and ſtrete is not, ner neuer was from tyme, that any man or perſone can or may remembre, or euez herde telle oz ſpeke of in any olde ebydence, writynꝝ or otherwyſe in tyme paſte callid, named or knowen by the name of Portwey. And moreouer We, whos names be vnder wretyn aforeſaid, witneſſe, teſtiſe and record for trouth, that ther is not, ner neuer was from tyme that any man or perſone can or may remembre, or euez herde ſpeke of by any olde writynꝝ, men or perſones, in tyme paſt any maner of waye, being other on the Weſt partie or North partie of the towne of Toternho, callid, named or knowen by the name of Portwey. and alſo that the ſeid tenants,

nauntes, inhabitants ner reciauntes of Houghton̄ ner of Sewell hadde neuer comen̄ in the seid feld called Littilnye for ther bestes or catell, ner of right neuer vsed to haue in tyme paste any maner of comen̄ for ther bestes, or any other maner of cattell, within any of the feldes of the seid towneshippes of Eyton̄ or Toternho, but at such̄ tymes os the bestes or catell of the seid tenauntes, inhabitauntes and reciauntes of Houghton̄ and Sewell have be founde pasturing or fedp̄ng within any of the feldes of Eyton̄ or Toternho, they have be takyn̄ and inpoundid by the seid inhabitauntes, tenauntes and reciauntes of Eyton̄ and Toternho at the tyme beyng. And also the seid inhabitauntes, tenauntes and reciauntes of Houghton̄ and Sewell have be diuerse tymes punyschid by presentes and amerciementes in the Courtes of the letes of the seid Lorde Zouche holdyn̄ at Toternho, os it apperith by the rolles made of the same in diuerse yeres for wronge usurpation̄, trespassyng and harme doyng within the feld of seid towneshippes of Eyton̄ and Toternho, and so continually takyn̄ and punyschid os wronge usurpers, trespassers and harme doers, except oonly in open̄ tyme, at such̄ tyme as no keper ner herdeman hath̄ be present, keepyng nez folowyng the seid bestes or catell, that than̄ howe be it, that any of the same bestes or catell of the same tenauntes, inhabitauntes and reciauntes of Houghton̄ and Sewell have escapid, at such̄ tyme and sesyn̄ into the felds of Toternho by the space of oon̄ furlonge or II, and also in like wise howe be it that the bestes and catell of the seid inhabitauntes, tenauntes and reciauntes of Eyton̄ and Toternho in tyme paste have gone or escapid into the felds of Houghton̄ and Sewell by the space of oon̄ furlonge or II, at the same tyme and sesyn̄ nother partie for any such̄ escape in such̄ tyme and sesyn̄ have vexid, troublid, grevid ner inpoundid other at any tyme paste, but of neyghbourhode & frendly hode eyther of them laboured and suffred other, accordyng to the composicion̄ tripartly indented bitwene the seid Lorde Zouche and the tenauntes, inhabitauntes and reciauntes of Eyton̄ and Toternho on the oon̄ partie, and the tenauntes, inhabitauntes and reciauntes of Houghton̄ and Sewell on the other partie; but os of right, nother the tenauntes, inhabitauntes nez reciauntes of Eyton̄ and Toternho on̄ the  
 oon̄

oon̄ partie, ner the tenauntes, inhabitauntes ner reciauntes of Houghton̄ and Sewell̄ on̄ the other partie, at any tyme passe have entercomened in non̄ other feild ner place, but oonly in the grete moze : In which moze the tenauntes, inhabitauntes and reciauntes of both parties aforeseid have continually entercomened with ther bestes and catell, from tyme that no mynde is, and pette doo. In Witnesse whereof, We, whos names be vnder wretyn̄ aforeseid, to this present Ire testymonyall have put oure scales. Poben the IXth Day of Marche, the yere of the reigne of kyng Edward the IIIth. the XVth.

Thomas Priour  
 Harry Lenard  
 Richard Curson̄  
 John Blounte  
 William Doget  
 John Smyth  
 Harry Lancaster  
 John Pedder  
 William Hebbys  
 Edmond Pedder  
 Richard Wakeman  
 William Blackforby  
 John Stratton  
 John Blackforby  
 John Pulton̄  
 Richard Skegge  
 William Walfshe  
 Nicholas Lucas  
 Roberd Heyward  
 John Pycot  
 Richard Todington̄  
 Roberd Mafon . . .  
 Thomas Sterne  
 Hugh Aylewyn  
 William Edward  
 William Russell

of Dunstaple

John Russell  
 Thomas Bleok  
 Rauffe Attewell  
 John Kyng  
 Water Bernard  
 Robert Hyet  
 William Clyfford  
 Richard Joynour  
 Thomas Thamocler  
 Thomas Blounte  
 Richard Hegge  
 Roberd Alith . . .

of Dunstaple

John Southend  
 Richard Smyth  
 Hugh Stanbridge  
 Thomas Mortimer  
 William Salcok  
 William Wyerdrawer  
 John Boner — — —

of Edisburgh

Thomas Yonge  
 Laurens Boner  
 Thomas Herthong  
 Thomas Pybaker

of Whipfader

X x x x 2

Tho-



Thomas Mounte	} of Tillworth	Laurence Attewell	} of Stanbrigg
Rauffe Haukyn		Rogger Boynon	
John Hebbys		John Stanley	
John Wymond		John Attewell the elder	
Thomas Huet		John Attewell the young	
Robert Fuller		Thomas Elyngham (et	
Thomas Hawekyn		John Hogges	
Wylliam Bartelet		Harry Boynon	
John Horwode		Thomas Grave	
William Courfy		John Draper - - - -	
John Bray			
William Huwet - - -			
		} of Kettleworth	Harry Albright
Thomas Boynon	Thomss Affrith		
Nicholas Attewelle	Thomas Geffrey		
John Draper	Richard Geffrey		
Rauffe Honer	Richard Albright		
John Terle	Thomas Albright		
William Barton	John Attewode		
John Hamond	Harry George		

*Dispensatio Originalis Reginaldi Poli Cardinalis (Poli ipsius manu subsignata) Joanni Wardo, Scholari Londonensi, de Sacris Ordinibus capeffendis. Fol. 129.*

**R**EGINALDUS, Miseratione divina, Sanctæ Mariæ in Cosmedin Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis, Polus nuncupatus, sanctissimi domini nostri papæ et sedis Apostolicæ ad Serenissimos Philippum et Mariam Angliæ Reges, et universum Angliæ Regnum, de latere Legatus, Dilecto nobis in Christo Joanni Wardo, scholari Londonensi, Salutem in Domino sempiternam. Tibi, ut clericali caractere insigniri, et ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines, extra ipsa à Jure statuta, tribus diebus dominicis vel

vel festivis à tuo Episcopo diocesano, vel, de ejus expressa licentia in scriptis obtenta, à quocunque alio Catholico Antistite gratiam et communionem sedis apostolicæ habentibus, dummodo aliud tibi canonicum non obstet, rite et recte promoveri, et in illis postmodum, et in altaris ministerio ministrare licite possis et valeas, et Episcopo, te ordinanti, id faciendi potestatem auctoritate apostolica, nobis concessa, qua fungimur, tenore præsentium, ob tuorum exigentiam meritorum, et ministrorum ecclesiasticorum hoc in Regno defectum, concedimus et indulgemus, Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum Lambethi prope Londinum Wintoniën dioc̄ Anno à Nativitate Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, pridie Idus Februarii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providentia Papæ Quarti anno primo.

Reg. Car<sup>lis</sup> Polus leg. Solidi duo pro scriptura &c.





# APPENDIX.

---

Num. I. Vide Præf. §. III.

*V. clarissimi THOMÆ SMITHI Conjectura et Observa-  
tiones in duas Græcas Inscriptiones, in marmoribus,  
prope Persopolim hodie exstantibus, incisas.*

*E Coll. MSS. Smithianis penes Editorem Vol. 105. p. 3.*

*Inscriptio prima —.*

ΤΟΥΤΟ ΠΡΩΤΟΝ ΜΑΧΛΑΝΟΥ  
ΘΕΟΥ ΑΡΖΑ. . . . . ΚΙΑΩΒΑΚΙΑΕΩΝ  
. . . . . ΑΡΙΑΝΩΝ. . . . . ΘΩΝΥΙΟΥ  
ΘΕΟΥ ΠΑΠΑ. . . . . Υ ΒΑΚ. . . ΕΩΚ.

*Inscriptio secunda.*

ΤΟΥΤΟ ΠΡΩΤΟΝ ΔΙΟΚΘΕΟΥ.

Inscriptiones hæ descriptæ erant Novembre A. M. DC.  
LXVII. à D. Flower Anglo, qui Halebo in Syria trans-  
iens

icns in Perfidem, res mercatorum Londinensium Societatis Indicæ ibi procuravit, et in Actis Philosophicis Societatis Regiæ n. 201. pro mense Junio M. DC. XCV. cum illius breviculis adnotationibus publicatæ. Rudera ista admirandi operis, Græcis, Arabicis, et, uti ille putabat, Perficis characteribus, uti et alia plurima, à Chahel-minar, sive veterum *Persepoli*, præcipua olim Perfici imperii sede, apud montem Noctureftam circiter leucam, ut idem observat, distant. Si quis verò illorum ideam sive figuras, aut in plano positas, aut protuberantes, animo dilucide concipere velit, consulat Figueroam et Thevenotum, quorum defectus et aberrationes (neque enim id dubitandum est) in suis Commentariis de universis Perfarum rebus et statu abunde supplevit vir præclarissimus, Amicus noster, D. Joannes Chardinus, Equestri dignitate à Serenissimo Rege, Carolo II. ornatus.

Ex hisce ruderibus quam maxime constat, in hac regione suburbana olim fuisse conditoria et sepulchra sive cryptas Regum et Magnatum Perficæ: an vero eadem sint cum iis extra urbem, orientem versus, in rupe excisis, et ad montem inde vocatum *Regium* excavatis, quæ describit Diodorus Siculus, vel potius diversa, i. e. pars antiquitatis, aut ceterioris ævi, haud facile quisquam affirmaverit: cum intervallum, si tamen illud recte metatus est Florius noster, repugnare videtur: ni fortè discrimen istud, quod inter leucam et quatuor *πλήθρα* sive jugera interest, ex variato pomeriorum ambitu et extensione, variis seculis introducta, solvi possit. Omnino tamen vetustissimi illius Authoris verba hîc apponere oportebit: *Εν ἃ τῷ πρὸς ἀνατολίῳ μέρει τῆς ἄκρας τίττερα πλήθρα διασηρῶς ὄρεον ἔστιν, τὸ καλεῖσθαι Βασιλικόν, ἐν ᾧ τῶ βασιλείῳ ὑπῆρχον οἱ τάφοι. Πέντε γὰρ ἦν κατεξαιμύνη, ἐκ τῶ μίσσι οἴκας ἔχουσα πλείονας, ἐν οἷς σηρῶ τῶ τετελευτησάντων ὑπῆρχον.* Sed de situ montis, de distantia ab urbe, et forma ædium sepulchralium, in quibus loculi erant repositi, non hîc sollicitè inquirō: nec id jam à me agitur.

Incisæ sunt hæ duæ Inscriptiones, seorsim nimirum, non ambæ simul, utpote ad duos distinctos homines, quales qua-

I Bibliothecæ Historicæ lib. XVII. ex edit. Stephani. p. 600.  
les

les erant, pertinentes, in pectoribus equorum nigri marmoris, vel potius in Syrmate vestis fessorum, versus pectus resectæ et pendulæ, ut D. Hyde ab alio, qui eas præfens inspexit, edoctus est: quos, ut ait Florius, fabulantur incolæ, qui propè habitant, et præsertim ii, qui in indagandis patriæ suæ antiquitatibus ceteris nasutiores videri volunt, esse equos Alexandri magni, et Rustami, Herois à Persis maxime celebrati, quem sub Cambyse floruisse pariter fingunt. Certum est, Alexandrum magnum ingentem sui nominis famam apud Persas reliquisse, præclarorumque illius gestorum, tum à veteribus illorum historiis, tum à continua traditione ad usque hodierna tempora, apud ipsos memoriam deduci solere, quibus multæ fabulæ pro more admiscuntur. *Rustam* verò commune apud Persas, et etiam Turcas nomen. Erat quidam hujus nominis sub Iesdegerde tertio, ultimo Rege Persiæ, ut ceteros omittam, quem Omarus et Othmannus, Mohammedis Successores, debellarunt, dux: de quo consulendus est Gregorius Abulpharagius in Historia Dynastiarum. pag. 112. Diem autem obiit iste Iesdegerdes anno tricesimo primo Hegiræ. i. e. Christi incarnati Sexcentesimo quinquagesimo primo. Celebratur quoque Rustamus iste ab Emir condo, celeberrimo Historiæ Persicæ Scriptore. Quicquid magnificum est, cujus origo incerta et penitus inexplorata, à plebe credula, ex inanis gloriæ æstu, hisce duobus Heroibus, et præsertim Alexandro magno, præpropere et citra examen adscribi mihi verisimile videtur: sicut apud alias gentes moris est, antiquos suos Heroas indebitis et fidem exsuperantibus elogiis prosequi, et multa posteriorum temporum inventa, estructuras, tumulos, et castra illis, tanquam Authoribus, affingere. Sic nostrates è plebe de Julio Cæsare, ac si turrim albam Londinensem extruxisset, et Græci de S. Georgio multa narrant, quæ fabulis inficetis delirantiumque insomniis merito jure sunt accensenda.

Hac inscita et incertissima traditione arrepta, quasi historiæ veritati convenisset, ut illi accommodatior redderetur, <sup>1</sup>D. Hydus primam inscriptionem pessimè corrup-

<sup>1</sup> In Historia religionis veterum Persarum. pag. 519.

pit pervertitque, illam mire effingendo hoc modo : ΤΟΥ-  
 ΤΟ ΤΟ ΠΡΩΟΠΟΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΘΕΟΥ ΑΛΕΞΑΝ-  
 ΔΡΟΥ ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΑCΙΑΝΩΝ ΑΓΑCΘΕ-  
 ΝΩΝ ΥΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΒΑCΙΛΕΩC : *nisi quod* pro  
 ΑΓΑCΘΕΝΩΝ *legeris* ΑΠΑΝΤΩΝ. Quis vero hanc mi-  
 seram literarum distorcionem vocabulorumque insertionem  
 ferre potest? Si ita pro libitu fingere liceret, aliud longe  
 diversum à mente sive Authoris, sive Quadratarum erit substi-  
 tuendum, nec quicquam certi constabit. Præterea, ubi  
 unquam ΤΟ ΠΡΩΟΠΟΝ in Sepulchrali monumento Græ-  
 ce repertum hoc sensu, etiamsi cujusquam intus reconditi  
 Statua superponeretur? Denique, tres istas Græcas Lite-  
 ras Ε, C, et ω, non fuisse in usu, nisi post tempora Domi-  
 tiani in adnotationibus ad Inscriptiones Græcas marmorum  
 Palmyrenorum ex eruditissimo Harduino ostendi : <sup>1</sup> et  
 quod innumeræ, per Orientem ubique sparsæ, inscriptio-  
 nes insequentium seculorum, in quibus solis reperiuntur,  
 uti mihi aliisque lustrantibus, dum in variis minoris Asiæ  
 regionibus peregrinaremur, liquebat, abundè testatum fa-  
 ciunt.

Constat sane characteres, tum Græcos, tum Arabicos et  
 Persicos, vel potius Phœnicios, esse male exaratos, quod  
 Exscriptorum incitiae et negligentiae maxime imputandum,  
 illisque vitio vertendum est. Quippe Mandelsflous in suo  
 Itinerario affirmat, *characteres istos tali arte et symmetria in-  
 sculptos fuisse, ut ne in cogitationem mentemque cujusquam inci-  
 dere posset, illorum Authores fuisse barbaros.* Cum vero Mau-  
 solea hæc in Principum Magnatumque defunctorum hono-  
 rem, aut à summis Magistratibus, aut ab Amicis Indigenis-  
 que, ad illorum memoriam in omne ævum propagandam,  
 certatim et impensè erigerentur, quis in animum induxe-  
 rit, eos, ut omnia rite, accurate, eleganter, et magnifice  
 fierent, non pari industria cavisse? cumque tot ingentes  
 sumptus in exstruendis gigantèis molibus, pyramidibus,  
 obeliscis, et statuis prodegissent, putabimusne, eos, quasi

<sup>1</sup> Malim, *id quod etiam innumera.* T. H.

omnigenæ politioris literaturæ et artis omnino infcios et expertes, de peritissimis architectis, lapicidis, quadrataris, et sculptoribus conquirendis omnem curam abjecisse? Si cælaturæ characteresque ab ista pulchritudine summaque, qua olim compositi erant, elegantia declinent, id edacitati tam longi temporis adscribi debet. Sunt corrupti, exesi, et evanidi: sed in iis discernendis, legendis, et exscribendis, industria Peregrinantium, qui harum literarum erant rudes, longe potius desideranda est, quam damnanda Operarum infcitia.

In re deplorata quidni mihi licebit, an conjecturis, si non felicioribus, saltem non ab omni verisimilitudine ablutentibus, sensus harumce mutilarum et male exscriptarum Inscriptionum erui possit, aliquatenus experiri?

In utrisque Inscriptionibus legendum esse  $\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\ \tau\omicron\ \eta\pi\omega\omicron\nu\omicron$ , pro certo statuere pene audeo. Geminam istis, quoad initium, Inscriptionem olim vidi Hierapoli in majore Phrygia, quam à me exscriptam in Notitia VII Ecclesiarum Asiæ typis mandavi. Occurrit etiam in aliis Inscriptionibus, ut apud Seldenum in Marmoribus Arundellianis num. XXIII. ex quo habuit Reinesius in præclarissimo Inscriptionum antiquarum Syntagmate, classe Septima XXVIII. uti et in altera apud eundem classe prima XLIII. et apud D. Gronovium, in appendice Inscriptionum ad Memoriam Cossonianam, Num. XX. quæ iterum repetitur, num. XXXVI.  $\eta\epsilon\tilde{\nu}\omicron\upsilon$  autem est sive fanum, sive sepulchrale monumentum magnifice exstructum, memoriæque præcellentium Virorum, hoc titulo congruo Inscriptionibus prælucente dedicatum: cujus vocis usus non raro reperitur apud Thucydidem, Strabonem, Pausaniam, aliosque Scriptores Græcos: à quibus venandis citandisque lubens, et ex industria, in præsens abstineo. Neque enim in re notissima diutius morari oportet, quod quoque ab instituto profus abludit.

$\mu\alpha\varsigma\alpha\alpha\sigma\tau\omicron\upsilon\upsilon$ . Hoc nomen Viri, cui illustre hoc monumentum dedicatur. Quis vero qualisve fuerit, in hisce spissis, quibus involvimur, tenebris, rimari erit difficillimum. Fortasse ductor erat militarium copiarum Regis  
Ar-

Artaxerxis, tunc quoque demortui, de quo mox dicendum. Sed dubito, an nomen bene et recte exscribatur. Num legendum ΜΑΧΑΛΑΜΟΥ; quo nomine apud Cedrenum et Theophanem in suis Historiis versus initium Octavi Seculi celebratur strenuus Agarenorum Dux, qui Pergamum occuparunt. Sed pudet ulterius hariolari.

ΘΕΟΥ ΑΡΖΑ . . . . . Lege ΑΡΤΑΞΕΡΞΕΟΥ\* uti ex sequentibus patebit. *Artaxerxes* Persice *شاه*: Teixeræ optime, juxta pronuntiationem ab Hispanis usitatam, *Ardxir*.

. . . CIAΩC BACIAEΩN. Lege ΒΑCΙΑΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩN. Quo titulo superbiebat Artaxerxes; cujus quoque Legati coram Alexandro Severo comparentes, illum *πρὸς μέγαν Βασιλέα* apud Herodianum nuncupant, et quem ipse Alexander Severus in oratione, apud Senatum Romæ habita, *potentissimum Regem, tam re, quam nomine*, dicit. Ille nimirum post varios bellorum eventus Mesopotamiam et Syriam invasit, et Cappadociam ingressus<sup>2</sup>, minatus est, se recuperaturum quicquid olim ad veteres Persiæ Reges pertinuisset. Superbum hunc titulum, quasi in cognomentum Regum Persiæ transiisset, affectatâ quoque arrogantia arripit in epistola Saporis apud Ammianum Marcellinum: *Rex regum Sapor, particeps Siderum, frater Solis et Lunæ, Constantio Casari, fratri meo, Salutem plurimam dico.*

